filosofia

morale

NAZIONALE
BIBLIOTECA
VITT. EMANUELE
12
16 A
38



Speculum vite humane In quo diſcutiũtur commoda ⁊ incõ-moda: dulcia ⁊ amara ſolatia ⁊ miſerie: pꝛoſpera ⁊ ꝗduerſa: laudes ⁊ p̄icula om-niũ ſta-tuũ.

I

Cornelio ✠ Francescacci

Authoꝛ nobiliſſimi hui⁹ libꝛi fuit dominus Rodericus Epiſopus ʒamoꝛēſis Caſtellanus: ⁊ Referendarius Pape Pauli. ij. In thelogia vtroq; iure ⁊ omnibus alijs bonis literis doctiſſimus Sũmus chꝛiſtiane religionis cultoꝛ ⁊ defenſoꝛ: Feruentiſſimuſq; ⁊ cõſtantiſſimus ſalutis animarum ʒelatoꝛ.

¶ Paulo Burger: ecclesie maioris Argeñ. Sūmissa-
rio viro integerrimo. Joannes Botzhemus decretorū
doctor Salutem.

Nouisti amicissime Paule illustrē dominū
Philippū de Duno ⁊ lapide superiori insi-
gnis eccl'ie nostre argeñ. prepositū vtriusq
nostri amantissimū. Hunc ego satis admi-
rari non possum hominē tanta nobilitate
splendentē: opibus felicē ⁊ in principū aulis adultū pre-
terea cui nihil q̄d velit desit: adeo ⁊ eruditoꝝ esse ⁊ eru-
ditionis affectatorē. Is cum mense proximo hic apud
nos degeret frequēter libros ⁊ cultiores historias sibi
afferri curauit: quibus ⁊ ingeniū suum exercitaretur et
animus recrearetur: cui dum infiniti codices deferunt-
vnum sibi ex omnibus delegit: qui [illegible] humane vi-
te in[illegible] commoda ⁊ incom[illegible] des ⁊ peri-
cula omniū statuum miro ingenij artificio describunt:
quo tanq̄ exemplari rerum agendarū vteretur. Mirū
est quanta sedulitate: quanta frequentia: quanto affe-
ctu librum hunc lectitauerit homo claritudine nataliū
insignis; cum pleriq huius generis hominū ex magna
parte: hac maxima tēpestate: totos se beluinis volupta-
tibus dedant: osoresq sint ⁊ studiorū ⁊ studiosoꝝ. Hic
autē vt a cunabilis fere incessanter iter lr̄as literatosq
educatus: ita ingeniū suum ingenuis disciplinis semꝑ
excoluit: semperq cum doctissimis versari voluit. Un-
de ⁊ id sibi peculiare assumsit: vt vbicūq hominē singu-
lari doctrina excellere audiat: is ab eo ad mensam amī-
citiarū parentē vocetur: amicitiāq cum eo familiarissi-
me contrahat. Hoc Joanni keisersbergio concionatorī
nostro tā facūdissimo q̄ doctissimo: hoc Jacobo vuim-
phelingio preceptori meo amabilissimo: hoc innume-
ris alijs omnifariā doctissimis viris contigit. Inde et
mihi: qui nondum prima literarū rudimenta degustauī
cum homine magnifico fluxit iucūdissima familiaritas
qua vt peculiariter glorior: ita maxime delector. Tu vero
Paule ab eo ita diligeris, vt sine te rarissime discumbe

et: mutuiter autem tu adeo hominem obseruas: adeo
uspicis: adeo venerareis: vt hunc librū: qui tunc vnicū
domini solatiū erat: non tam ob egregiā materiā sentē
tiarumqꝫ maturitatē: quarū refertissimus est: q̄ ob dn̄i
illius fauorem amorēqꝫ: formis elegantioribus excudē-
dum impressori tradere velle videbaris. Sed quid mo-
re intercidit: nescio profecto: an negotia illa domestica
⁊ forensia: que plurima habes te interceperint. Perge
qua cepisti studiosis benefacere: maxime cum ⁊ doctorū
⁊ doctrinaꝝ tuipse virtute innata sis obsequētissimus.
Non deerit tibi opera Jacobi Uuympheling ij prece-
ptoris mei viri vndecūqꝫ doctissimi: qui curabit: vt non
minus emendatus liber ab impressore exeat: q̄ elegās.
Uale: ⁊ me inter tuos habeto. Date die. vi. Januarij.
Anno septimo supra. M. cccc.

¶ Magnifico et generoso dn̄o Philippo: domino in
Duno ⁊ lapide superiori Argen. ecclesie Preposito di-
gnissimo domino suo plurimū colendo Paulus Bur-
ger sese commendat.

Audiui clarissime domine preposite ex Joan-
ne botzhemio doctore clementiā tuam plu-
rimum delectari lectione speculi vite huma
ne. In quo apertissime quilibet videre po-
test omnia mundi huius prospera: ⁊ cūctas
dignitates seculares ⁊ spirituales multis oneribus mi
serijs ⁊ periculis esse respersas lꝫ ex ipsa consuetudine
fere domestica facta sint. Omnis enim potestas ⁊ offitis
honor breui momento cadunt: sed instat iustus iudex: q̄
absqꝫ personarū acceptione iuxta cuiuslibet merita: po-
tentes ⁊ pauperes iudicabit. Humane preterea miserie:
immo etiā periculosissimi magnatū et principū status
exemplū nobis prebere possent duo ex eadē nobilissima
germanie domo Archiduces: regalia quoqꝫ sceptra feli-
citer tenentes; quorum vnus Regis nostri Maximi-
liani propatruelis: olim apud Bohemos: alter eius fi-
lius: hoc mense apud Hispanos in florētissima etate ⁊
summa innocentia interierūt. Laudādus mihi videtur.

huius nobilissimi operis autↄr rodericus propter cō stantiam suam: qua nō timuit maximis ꝛ potentissimis viris veritatem patefacere. Laudandus etiam videtur Paulus papa secundus cum sacrosancto cardinalium cetu: propter magnanimitatem ꝛ mansuetudinem singularēq; animi serenitatem: qua seuerissima Roderici scripta benignissime susceperunt. Cōfido clarissime pater: me tibi rem non ingratam fecisse: ꝙ his diebus operam dedi: vt tam sanctum tamq; pium ꝛ omnis veritatis plenum opus: noua impressione ad multorum edificationem publicaretur. Tua claritudo mihi imperet ego morem gerere conabor Ex argentina sexto Nonas octobres. Anno domini. M.cccccc.vi.

In humane vite Speculum Argumentum Sebastiani Brant.

Noscere si mores hominum si deniq; vitam.
 Omnigenum libeat: hunc lege amice librum.
Corruptum inuenies mundum: positum inq; maligno
 Et nullum integrum prorsus in orbe statum.
Que regum: que pontificum que plebis inertis
 Cura. labor studium. sedulitasq; frequens.
Hic veluti in tabula depicta ab apelle reuises.
 Que deceant quemuis. sint vel honesta minus
Hoc igitur speculo bene si speculabere lector
 Mox charta in quauis quēq; pene inuenies

Jo. Botzhemi Abstemij Decretorum doctoris In Speculum vite humane Recommendatio.

Liber erat sanctis aditus virtutibus olim
 Dum licuit verum dicere liberius
Debita virtuti tunc laus. tunc viuere honeste
 Sanctum erat. ꝛ scelerum pena luenda reis
Tūc cui virtutis. iusti. integritatis. honesti
 Plus inherat tanto plus venerandus erat.
Nunc quanto vitijs plus sordet quisquis honore

Tanto plus prestat sic petit alta nefas
Uiuere virtuti:est nunc delirare.bonumq;
Se formare pudor:fraus:dolus ista placent
Ingenium fallax:mēs subdola nequior astus
Spurca venus. Mimi fabula: Gnato vafer
Liuor edax. Christi blasphemia.fastus & aurum
Ista regunt orbem:spreta iacet probitas
Cur patitur princeps hec turpia crimina in aula?
Causa est:exemplo principis ista vigent.
Et cur non tollit consul vel pretor in vrbe?
Uiuitur exemplo consulis ergo tacent
Nemo malū punit sua lex est cuiq; voluntas
Tempora sic pereunt:vita ferina agitur.
At tu quem rectum:bona lectio:pieridesq;
Delectant:sperne hec: te meliora decent.
Quid deceat:quid non:docet hoc speculū Roderici
In quo oēs laudat:mox reprobatq; status.

Ja. Uuimphelingi

Uiuat ineternū christi Rodericus amator
Qui cunctis verum dicere pronus erat
Non metuit papam:neq; regem:nec populares.
Non proceres monachos:cardineosq; patres
Omnibus his liquido sua cuiq; pericula dixit.
Ac onus officium:dedecus atq; decus.
Hec si legisses Schatzer Francisce libellos
In me famosos forsitan haud spueres
Non ego taxo status:non clerū clericus ipse
Sed vitiū: probrū:crimina:turpe:nefas.
Tu vitia extollis:virtutes deprimis:at te
Ne deus in baratrum deprimat.oro caue.
Obsecro peniteas:moneo tua scripta retractes
Nec pudeat famam restituisse mihi.

R. Philesius.Uo.in Rodericum.

Sunt prefixa alijs epigrammata nostra libellis.

Hic nos ventosos hic vocat ille leues
Dedignatur edax meritos sic liuor honores
Atq3 pium in miti pectore damnat opus
Ergo tuum Roderice silebo ne sedule nomen.
More meo libros nec celebrabo tuos.
Verus poscit amor poscunt tua dogmata sancta.
Quamq3 doces Sophiam carmina nostra cupit
Carmina non dignas q̃uis referentia laudes
Sunt etenim meritis cuncta minora tuis
Ec quis digna tui quis:quis p̃conia specli
Et si Meonio preditus ore canet.
Regna doces celsi felicia scandere celi.
Et fugere infernas deuia tesqua domos
Dum pia facta probas dū noxia crimina culpas
Dogma tuum vincit Attica mella pium
O igitur speculum speculo speculatius omni
Tot bona quo dulci cernere mixta licet
Hoc mea vel Bauio carmen tibi musa furente
Fuderit in libros O Roderici tuos

Joannes Sallinarius.

Miratur cupidus altaria plura sacerdos
Nutriat vt pinguem crassa popina focum
Seu quod Agenoreo seruis comitatus in ostro.
Spectetur populo clarus vbiq3 leui
Aut quod puniceo veletur fronte galero.
Gaudeat innumeris vt duce diues equis
Erigat aut phrigijs rutilantia tecta columnis
Phidiaca aut sumet pocula facta manu
Aut quod fortuito male pdigat omnia ludo.
Aut venere vt possit liberiore frui.
Siue quod obscuram dimergat auarus in arcam
Era olim ad superos vix reditura lares
Hoc hominis studium est labor hic:hec illius arma
Qui preter census nil fore dulce putat
Unde aris aras superaddens more gigantum.
Nititur e celo precipitare Jouem

Hinc qd Hydaspeis aurum fodit Astur harenis
Laudat & Hesperij munera fulua Tagi.
Ast ego veridici dum scripta lego Roderici
Dico hec auriferis vtiliora vadis.
Omnia vana puto laudat que vulgus inerme.
Uirtuti cedo:cetera vana puto.
Gaudeo posse sacris studium impendisse libellis
Contentus modico dum micat igne focus.

Symphoriani Polionis sacerdotis argentini primitie In speculum Roderici.

Quid iuuat obsenis semp falsisqꝫ labellis
Blandiri vt cauda vulpis arare iuuat.
Aut quid vel diuis vanum celebrare camenis
Herum:quid seruum vel coluisse iuuat.
Quid iuuat aut cunctos semper laudare prophanos
Nugis:que placeant enumerare soles.
Crede gnato sonipes calcat quandoqꝫ striantem
Feles palponi pacis & arma negat.
Dic moneo verum:nam si petit improba lingua
Questum: nemo potest hunc retinere diu
Hec probat iste liber:fugit audi pabula lingue
Cui non hic verum dixit eiusqꝫ liber.
Nunc igitur verum quis erit si dicere poscat.
Hunc legat:ac teneat qd Rodericus ait.

Beati Rhenani Sletstatini.

Uera et sancta doces:iustum rectumqꝫ et honestum
Exprimis in speculo dux Roderice tuo
At si etate fores nostra Roderice superstes
Talia vix ausis scribere siue loqui.
Insidias patitur qui verũ predicat:et qui id
Prescribit pueris insidias patitur.
Qui iugulant animas congaudent atqꝫ beantur.
Qui curant animas dira pericla ferunt
Floret adulator:latro saltat:leno triumphat

Heu sycopanta regit: proditor alta petit,
Victa iacet probitas: vitium dominatur: et insons
Simplicitas premitur; integritasque perit.
Sicut ab horrisonis siccarius acer hebreis
Prepositus fuerat christe benigne tibi.
Iam preeunt docti: iam virtus interit: artes
Sunt odio; et facilis sustinet ista deus.

Beati Arnoldi Sletstatini

Plato et Aristoteles graii Petrarcha latinus
Paganus Flaccus: ethnici et innumeri
Transeo mille patres: quis lex purissima christi
Imbuit: et trinum qui coluere deum
Hi scriptis quondam in vitia exarsere: probatos
Solliciti mores inserere in pueros
Ac impune quidem: namque illis nemo capillum
Curuauit: penas nec timuere graues
Nunc sed auaritiam si quis veneremque prophanam
Arguat; o quantas sustinet insidias
Insidias morsus stimulos opprobria sannas
Exilium siccas vim mala damna minas]
Non inquam a populo sed ab his quos turba labore
Educat: atque videt otia grata sequi
Quorum sors nitidam desyderat inclyta vitam
Sacrifices vereor dicere vel Druides.

Joannis Castmeister Iunioris primitie

Veridici speculum iuuenes datur en Roderici
Inspicere: arbitror hoc tersius esse nihil
Nempe salutiferas virtutes laudibus effert
Ac odio vt decuit crimina prosequitur
Altius est virtute nihil: namque illa per auras
Ad superos ducit: nosque beare solet
Cerne hic quod saluant nec opes nec gloria mundi.
Non decor aut etas mors quia cuncta rapit

¶ Inuentarium seu iudex in speculũ vite humane.



Aduocatus qualis esse debeat ca. xvij.li.i.
Aduocatus dum vnum iuuat alium ledit, capit. xviij.li.i.
Aduocatus linguã vendit ibidem
Aduocati ex magna pte lites pariũt ibidẽ
Aduocati pacem odiunt instar militum ibidem
Aduocati qñq3 mendicarẽt si in pace viueretur, ibidem.
Aduocatoris penuria reip, non est nociua. ibidez.
Aduocatus quanto doctior tanto nequior, tãtoq3 laudabilior quo fraudulentior, ca.xviij.li.i.
Aduocatorum fraudes et pericula. ibidem
Aduersitates oĩz fere hoĩm ab exordio mũdi. c.xlij.li.i.
Adriani laus. ca,ij.li.i.
Alexandri magni in patris laudes inuidia. ca. viij.li.i.
Amicitia rara inter principes ẽt cõsanguineos. c.ij.li.i.
Animarum cura dubia multa. ca,xi.li.ij.
Apostoli quatuor a xp̃o acceperunt capi.xxi.li.ij.
Apothecarius sophisticat aromata. ca.xli.li.i.
Argentinensis ecclesie mentio fit ca.xix.li.ij.
Artes dicunt liberales ex tribus causis. ca.xxxiiij.li.i.
Argumentum prefertur stylo. ca.xxxvi.lib.i.
Artiste superflua inuestigant. capi,xli.li.i.
Arithmetica vtilis ꝛ necessaria. ca,xl,li.i.
Arithmetice incommoda. ibidem
Artium liberalium laudes et vtilitas, ca.xxxiiij.li.i.
Artium mechanicarum laudes ꝛ vtilitas. ca,xxxiij.l.i.
Archidiaconi excellentia et pericula. ca.xiiij.li.ij.
Archipresbyteri honor ꝛ pericula ca.xviij.li.ij.
Arithmetica laudatur, ca.xxxix.li.i.
Armata milita commendatur ca.ix.li.i.
Archipresbyteri nomen sacrum ca.xviij.li.ij.
Astronomie vtilitas, cap.xxxviij.li.i.
Astronomie incerta diuinatio ibidem
Astronomia fatua infatuat ibidem.
Astronomie incommoda. ibidem.
Asinus nominatur in canonicum ca.xix.li.ij.

Barbitonsor excoriat. cap.xli.lib.j.
Benedictus monachorum pater. ca.xi.li.j.
Beneficiorum pluralitas periculosa ca.xix.li.ij.
Bonis cur mala eueniant ca.vl.li.j.
Bonum est ex integra causa. cap.xxvij.li.ij
C Canoniste litibus se immiscent ca.xl.lib.j.
Canonici assimilātur cordi cap.xix.li.ij.
Canonicorum libertas magna. ibidem.
Canonici a canone:hoc est regula nomē habēt ibidē.
Canonici ꝯtra canones prebēdas plures possidēt ibidē
Canonici cū vni non sufficiāt plura occupāt loca ibidē
Canonici episcopo sunt inobediētes. ca.xix.li.ij.
Canonicorum officium in choro ibidem.
Canonicorū officium in capitulo. ibidem.
Canonici quare ecclesiam intrent ibidem.
Canonicus capitulū exiēs frequēter ꝑiurus. ibidē.
Cardinalibꝰ īpositū ē vrbis ⁊ orbis regimē.ca.viij.li.ij.
Cardinalium officium ca.ix.li.ij.
Cardinales cur a cardine nomē acceperit. ca.viij.li.ij.
Cardinaliū typū habebāt protoflamines ibidē.
Cantoris laudes et pericula ca.xv.li.ij.
Cesar an nobilē facere possit ca.vi.li.j.
Ciuitatis tres partes cap.ix.lib.j.
Claustralium querelle. ca.xliij.li.j.
Clericorum vitia et ꝑicula vel sacerdotū. ca.xij.li.ij.
Continentie sex corone ca.xij.lib.j.
Consulis officium. ca.xv.lib.j.
Cōsiliarij similes gubernatoribus in naui. ibidē.
Consiliarij patrie patres appellati. ibidem.
Consiliariorum officia emūtur. ibidē.
Consiliarij conditiones cap.ix.lib.ij.
Consiliariorum pericula. ca.xvi.lib.j.
Cōsiliarij ditiores respub.pauperiores efficiunt. ibidē.
Concubinatus detestabilis. ca.xix.li.ij.
Curiales habent suas miserias. ca.liij.li.j.
Curiales perdunt libertatem et otium. ibidē.
Curati boni duplici honore digni ca.xx.lib.ij.
Curatorum pericula et defectus. ibidem.

 VI

Curati sint populo puriores. ibidem.
Curati ex populi peccatis damnantur. ibidem.
Curati comedunt peccata populorum ibidē
Curatorum veterum zelus ca.xx.li.ij.
Curati sunt multi solo nomine. ibidē.
D Curati superiorioribus inobedientes ibidē.
Desperare qui nō vult peccare desinat ca.xliij.li.ij.
Decani pericula. ca.xiij.lib.ij.
Decanus recte agens episcopo est odiosus. ibidē.
Dignitatis altitudo innocentiam persone non indu-
E cit. ca.ij.li.ij.
Ecclesiarum rectores nō p̄dicāt:nec p̄dicare sciūt.c.xx.li.ij
Ecclesiarum rectores impinguāt corpora sua. ibidem.
Ecclesia primitiua non habuit tot sanctiones huma-
nas. cap̄.xxix.li.ij.
Eloquentia sine sapiētia nocet. ca.xxxvi.li.j.
Episcopi nomen terribile. ca.xij.li.ij.
Episcopos cōtendere et bellare indecorū est. ibidē
Episcopi solum sunt disp̄ēsatores. ibidem.
Episcopi eliguntur ex affectu carnali ca.xix.li.ij.
Episcoporum miserie ꝛ pericula ca.xij.li.ij.
F Fabrilis necessitas.ca.xxvi.li.j.
Fabri toxicatos gladios conficiunt ibidem.
Facetia mulieris ab Aristo. recitatata. ca.vi.li.j.
G Germanie laus a politia etiam
in penuria aduocatorum cap̄.xviij.lib.j.
Geometria vtilis et necessaria ca.xl.lib.j.
Grāmatice origo. ca.xxxv.li.j.
Grāmatica an sit sciētia ibidem
Gregorius magnꝰ etiā nō fuit liber a detractoribꝰ ca.ij.l.ij
H Gula sacerdotum ca.xx.lib.ij
Heremitica vita hoc tp̄e periculosa est. ca.xxix.li.ij.
Hō q̄to ditior tāto minꝰ retributiōis deo tribuit.ca.xxj.
Honor verus nō acquiritur in curijs p̄ncipū.ca iiij.li.j.
Honorandi veri qui sint. ca.vi.lib.j.
Humanitatis studia vnde dicta ca.xxxvi.li.j.
I Ierarchia ecclīastica similis est celesti. ca.viij.li.ij
Inclinationis diuerse varia radix. ca.xxviij.li.ij.

Ingratitudo quere nepotum.
Intellectus quomodo fatigatur. cap. xxviij. li. ij.
Iudicum quatuor pericula. capi. xiiij. lib. j.
Iuri operam dare insigne. ca. xvij. lib. j.
Iuris disciplina sancta pernecessaria. ibidem.
Iuris ignorantia non iurisperiti lites fouent. ibidem.
Iurisperitis solis licet vendere consilium. ca. xvij. lib. j.
Iurisperiti pernecessarij. ibidem.
Iustitia periret si deesset qui eam allegaret. ibidem.

L

Lanificij necessitas. capi xxv. lib. j.
Lanificij artifices deum contẽnunt hoiesq; ledũt. ibidẽ.
Legum laus. capi. xviij. lib. j.
Legum studium cur interdictum sit viris sacris. ibidẽ.
Legiste ditantur fraudibus. capi. xlj. lib. j.
Logica vtilis & necessaria. cap. xxv. lib. j.
Logice abusus. ibidem.
Ludus quere theatrales.

M

Mathematica quadruplex. capi. xxxvj. lib. j.
Mala eos sequuntur qui mala cogitant. ca. xlij. lib. j.
Malis cur bona proueniant. capi. vltimo. lib. j.
Matrimonij tres cause institutionis. ca. xj. lib. j.
Matrimoniũ vt quis contrahat tria inducunt. ibidem.
Matrimonij decem dignitates. ibidem.
Mechanice vtiles & necessarie. ca. xxiij. li. j.
Mechanice septem. ibidem.
Mechanicis doli & fraudes non desunt. ibidem.
Mechanice suos sectatores ineptos faciũt. c. xxiij. li. j.
Mechanice exercende ab his qui melius nesciũt. ibidẽ.
Mechanice quare inuente. ca. xxiiij. lib. ij.
Mechanicarum finis. ibidem.
Mechanice intellectum faciunt mechare. ibidem.
Mechanicum quid. ibidem.
Mechanice virtutibus viam non parant. ibidem.
Mechanice necessitas. cap. xxxij. li. j.
Medici omnes infirmos preter se & suos optãt. ibidẽ.
Mercatores corporis cruribus similes. cap. xxxiij. li. j.

V ij

Mercature necessitas ⁊ vtilitas. ibidem.
Mercature pericula. ibidem.
Meriti magnitudo ex tribus. cap.xxiiij.lib.ij.
Militia commendatur. cap.ix.lib.j.
Militia manibus comparatur. cap.ix.li.j.
Militie necessitas. ibidem.
Militie nomen vnde dicatur. ibidem.
Milites beari posse. ibidem.
Militis iuramentum ⁊ officium. ca.x.li.j.
Milites iniuriantes proditoribus similes. ibidem.
Milites mercatores apostate. ibidem.
Militis prouerbium. ibidem.
Monachorum querelle diuerse. cap.xliij.li.j.
Monachorum status excellit ob quinque. ca.xxv.lib.ij.
Monachi nomine multi:pauci re. cap.xxvj.lib.ij.
Monachorum conditiones male. cap.xxvij.li.ij.
Monachi boni pauciores. ibidem.
Monachi sunt meliores ⁊ peiores. ibidem.
Monachus ex contẽtu efficitur incorrigibilis. ibidem.
Monachus peccans grauius peccat. ibidem.
Monachi quidam mala prebẽt exempla. ca.xxvj.li.ij.
Monachi quidam exemptionem querunt. ibidem.
Monachi quidam secularibus se immiscent. ibidem.
Monachi vitam non profiteatur nisi expertus. ibidez.
Monachi sunt duplices. cap.xxix.li.ij.
Musice cõmoda. ca.xxxix.li.j.
Musice incommoda. ibidem.

N

Nauigatorie necessitas. cap.xxvij.li.j.
Nauigantium vita honesta. ibidem.
Nauigatores tanto deuotiores quanto proximiores periculis. ibidem.
Nauigatorie incommoda. ibidem.
Nauigantibus nulla fides nulla veritas. ca.xxviij.li.j.
Nauigantium miserum genus hominum. ibidem.
Nepotum ingratitudo. ca.iij.li.ij.
Nihil ⁊ inutile equipollent scd̃m iuristas. ca.vij.lib.ij.
Nobilitatis signa sunt diuitie. ca.v.lib.j.

Nobilitatis mentionem faciunt sacre litere. ibidem.
Nobilitas potest desinere. ibidem.
Nobiles quidam fiunt qui non nascuntur. ibidem.
Nobilem facere si cesar possit. capi.v.lib.j.
Nobilitas nõ ꝯsistit in bonis corporis ꝛ fortune. ibidẽ
Nobilem facit scientia. ibidem.
De nobilitate opinio iuristarum. ibidem.
Nobilium sex bone conditiones. capi.vij.li.j.
Nobilitas a parẽtib⁹ transferri non potest.ca.viij.li.j.
Nobilitatis inconstantia. ibidem.
Nobilitas naturaliter hominibus non inest. ibidem.
Nobilium quedam vitia. ibidem.
Nobilitas que sit verior. ibidem.
Notariorum necessitas. ca.xix.lib.j.
Notarioꝝ persone sunt publice:lucra aũt ꝓpria.ibidẽ.
Notarij sine pretio fidem non faciunt. ibidem.
Notarij ꝛ iustitiam ꝛ iniustitiã vendunt. caꝑ.xix.lib.j.
Notarij olim ex erario publico alebantur. ibidem.
Notarius seruus iustitie. ibidem.
O Notarij omnia pretio agunt. ibidem.
Officiales regũ ꝛ principũ q̃les esse debeãt. ca.iiij.li.j.
Officiorũ omniũ vtilia ꝛ incõmoda. lib.j.per totum.
Ordines mẽdicãtiũ securiores ob q̃tuor cãs.ca.xxx.li.ij.
Orator ꝑfect⁹ oĩm sciẽtiaꝝ habeat pricipia.ca.xxx.li.j.
P
Papa tãto felicior quãto plures felicitare põt.c.j.li.ij.
Pape inanes cure ꝑ nepotibus. capi.iij.lib.ij.
Papa ab adulatoribus circũuenitur. ibidem.
Papa christi vicarius. ibidem.
Papa non habet certum heredem. ibidem.
Papa omniũ felicior reputandus est. ca.iiij.li.ij.
Pape cur non diu viuant. ibidem.
Pape mors latius publicatur q̃ regum. ibidem.
Pape mors exẽplo debet esse alijs mortalib⁹. ibidem.
Pape multi legitimam etatẽ attigerunt. capi.v.lib.ij.
Pape cur non diu viuant cause tres. ibidem.
Papa a naturalibus non est exemptus. ibidem.
Papa quo pacto diu viuere possit. ibidem.

Papā nō semꝑ breui viuere octo rōnib⁹ ōndit.ca.vj.ij.
Papa terrenis occupatur. capi.vij.lib.ij.
Pape ⁊ cardinalium communio. caṗ.viij.li.ij.
Pape ⁊ cardinalib⁹ ascribūt vitia toti⁹ orbis.ca.xix.ij.
Pax mater omniū bonorum. caṗ.xxij.li.ij.
Pastorū vtilitas ⁊ necessitas. caṗ.xxx.li.j.
Pastorum incōmoda. ibidem.
Pastorū incerta vtilitas certa sollicitudo. ibidem
Pricipes se stomachoꝝ suoꝝ dn̄os esse putāt.ca.v.li.ij.
Pompa vestium. capi.ix.lib.ij.
Puerorū exaltatorū ingratitudo. capi.iij.li.ij.
Principum curie quere honor. Q
Que sint cause diuersarū inclinationū.ca.xxviij.li.ij.
Querelle monachorum seu religiosorū. caṗ.xliij.lib.j.
Quinq₃ caussis religiosoꝝ vita excellētior. ca.xxv.li.ij.
Rabanus citatur. R caṗ.xx.li.ij.
Regis officium. caṗ.ij.lib.j.
Regis procurator multis displicet. ibidem.
Regi obediendum esse. caṗ.j.lib.j.
Reges raro inter se veri amici. caṗ.ij.lib.j.
Reges cur odiant subditi. ibidem.
Reges omne hominum genus timent. ibidem.
Reges nō sūt felices ex bn̄ficijs q̄ in mltos ꝯferūt.ibiđ.
Regū familiaritas nō facit aliquē felicem. ibidem.
Regum miseria ex successoribus. ca.ij.lib.j.
Regum ⁊ alioꝝ principū imperfectiones. ibidem.
Regnum dimittere difficile est. ibidem.
Rex pater est patrie. caṗ.j.lib.j.
Rex deo propinquior. ibidem.
Rex bene regens deo similis. ibidem.
Reipublice finis est virtuose viuere. caṗ.ix.li.ij.
Religiōes excellētiores sunt ex q̄nq₃caussis.ca.xxv.li.ij.
Religiosi multi nomine:re pauci. caṗ.xxvj.lib.ij.
Religiosus esse potest in seculo manens. ibidem.
Religionē ꝓfiteri differat debilis ⁊ inexpertus. ibidē.
Religiosi secularibus curis se immiscent. ibidem
Religiosi quidam exemptionē querunt. ibidem.
Religiosi quidā mala prebent exempla. ibidem.

Religiosi cum peccant grauius peccāt. capi. xxij. lib. ij.
Religiosus contēnens incorrigibilis efficitur. ibidem.
Religiosi meliores & peiores sunt. ibidem.
Religiosi boni pauciores sunt. ibidem.
Religiosorum male conditiones. ibidem.
Religio christiana omnibus est tolerabilis. cap. xxvij. libro ij.
Ad religionē a deo tractus ne differat. cap. xxviij. li. ij.
Religionem intraturus metiatur vires suas. ibidem.
Religionem intraturum impedire graue peccatū. capi. xxviij. libro. ij.
Religionis onera ante ingressum cogitanda. ibidem.
Religiosorum tres gradus. capi. xxx. lib. ij.
Religio artior quandoq; imperfectior. ibidem.
Religio Joannis baptiste artior ceteris. ibidem.
Religio christi maioris perfectionis. ibidem.
Religionem vnam exire & aliam intrare licet. ibidem.
Remittit ad librum suum de paupertate. ibidem.
Rhetorice vtilitas. capi. xxxvj. lib. j.
Rhetorice abusus periculosus. ibidem.

S

Sacerdotes sunt etiam vere partes ciuitatis. ca. ix. li. j.
Sacerdotes quare sint partes ciuitatis. ibidem.
Sacrdotes etiā a gentilibus instituti sunt. capi. j. li. ij.
Sacerdotes dij & patres appellantur. cap. x. lib. ij.
Sacerdotium ex iure nature originē sumsit. ibidem
Sacerdotum curatorum pericula. capi. xx. lib. ij.
Sacerdotum crapula taxatur. ibidem.
Sacerdotū vagus concubitus taxatur. ca. xix. lib. ij.
Sacerdotum vitia & pericula. cap. xj. & xx. lib. ij.
Sacre litere de nobilitate etiam faciunt mentionem. capite. v. lib. ij.
Sapientia sine eloquentia prodest. cap. xxxvj. lib. j.
Sapientia omnis a sacris literis deriuatur. cap. v. li. j.
Scientia nobilitat. ibidem.
Scholastici laudes & pericula. ca. xvij. li. ij.
Scholasticus a schola sapientie nomē habet. ibidem.
Scholastici quidam omnem sciētiā odiunt. ibidem.

Scholastici quidam non sunt latini ibidem.
Scholastici non sunt quod profitentur ibidem.
Sensus exteriores intellectui deseruiũt ca.xxviij.li.ij.
Seruus non potest esse liber: ca.iij.li.ij.
Syderum et signorum effectus. ca.xxxviij.li.j.
Sigismundi cesaris responsum cuidã nobilitari cupiẽti. ca.x.li.j.
Symon petrus et magus de his ca.ix.li.ij.
Symonia est heresis. c.xij.li.ij.
Sutores vix absq; furto viuunt. ca.xxv.li.j.
Status spiritualis est duplex li.ij.in prologo
Status perfectionis habetur tripliciter. ca.xi.li.ij.

T

Tabellio: quere supra notarius.
Theatrales ludi ad bonum sunt instituti a gentilibus ca.xxxj.li.j.
Thetralium ludorum incommoda et pericula ibidem
Theologi bona predicant praua agunt. ca.xlj.li.j.
Thesaurarij laudes ca.xvj.li.ij.
Thesaurarij pericula ibidem.
Thesaurarius stomacho comparatur. ibidem.
Thesaurarij nomen dulce quia ab auro ibidem.
Thome non consentit in prima secunde.q.c.lxxxvij.ar.x.ca.xxvij.li.ij.

V

Venatus vtilitas ca.xxvij.lib.j.
Venatus incõmoda ca.xxviij.li.j.
Venatores sub venationis specie spoliant ibidem
Venatores vite hominum inhabiles ibidem.
Vestium pompa quere Pompa.
Vitia totius orbis ascribuntur pape: quere Pape
Vita spiritualis est duplex claustraliũ et ecclesiasticorum li.ij.per totum.
Vita hominum fluxa et mobilis semper ca.xliij.li.j.
Viuere bene laudabile est non diu vixisse ibidem
Viuẽdi modi diuersi a christo instituti. ca.xxiij.li.ij.
Vxoris superbia ex forma et dote. ca.xlj.li.j
Vxor literis dedita ducenda non est: ibidem.

Z

Zelus: de hoc quere Curatorum veterum

Ad sanctissimnm et Beatissimum dominum do-minum Paulum secundū pontificē maximum: liber incipit dictus Speculum vite humane. Quia in eo cunctē mortales in quouis fuerint statu vel officio spirituali aut temporali speculabuntur eius artis et vite prospera et aduersa ac recte viuendi documenta editus a Roderico zamorensi: & postea Calagaritano episcopo hispano eiusdē sanctitatis in castro suo sācti Angeli Castellano

Sanctissimo ac clementissimo in christo patri domino domino Paulo secundo sacrosācte Romane et vniuersalis ecclesie summo pastori et pontifici maximo. Eiusdez sctitatis obsequentissim' seruulus et familiaris Rodericus Episcopus zamorensis Hispanus ac castri sui angeli de vrbe fidelissimus castellanus et referēdarius seipsum cum vtriusque hominis humillima inclinatione. Cogitāti mihi hanc munitissimam Romane tue vrbis immo totius orbis amplissimam sancti angeli arcez tue Sanctitatis iussu tua autoritate & dignatione custodiē ti: vbi aliquid otij superest. quid dignum tue sanctitati in his tui felicissimi pōtificatus beatis initijs offerre valerem. Uideo nil omnino mihi ceterisque mortalibus superesse: quod aut ad laudem aut ad cōmonitionem pertinere possit: Tecum enim habes ea omnia virtutum ornamenta: quibus omnis laus recte comparatur. Tecuz denique tanta insidet sapientia: quin potius a natura innata ingenij vis: tantaque prudentia rerumque omniū experiētia vt nullis egeas exterioribus adiumentis: Ueruz ego glorie et nominis tue Sanctitatis auidissimus existimaui paululum aliquid vtinam dignum tue Sanctitati offerre: in quo dum ingens occupationum sarcina paulisper tuam. Sanctitatem respirare permiserit: habeas in hoc opusulo tue sanctitati dicato aliquas paruitatis intellectus mei ineptias vt in eis recreationis gratia non tam delecteris quam tui acutissimi ingenij calamo atque censura emēdes et corrigas. Dignum namqz exi-

stimaui: vt cuius corpusculi mei membra tuis optines obsequijs perpetuo deuincta: eius etiam si que sunt animi vires possideas: et dum exterioris hominis partes sese ad tua deuouent obsequia; debilis quoque et rudis interior intellectus ad tue sanctitatis gloriam non dormitet: quo fiet. vt eidem tue beatitudini seruiat vterque meus immo tuus homo. Uenit igitur sepe in mentem B. pater et pontifex maxime: quod varia quamque diuersa sunt cunctorum hominum studia: varie artes: varia officia: varia denique viuendi genera: adeo vt anxius dubiusque sit plerumque hominibus vite sue modus dubia in hoc seculo viuendi sors: nec satis eligere possint quod tandem vite studium quam viuendi formulam securius assequantur. Cum enim humanus animus non modo bonum simpliciter: sed teste Aristotele: summum bonum naturali conamine appetere videatur: nihil certe deesse videtur nisi recte eligendi ratio. In ea igitur nonnunquam error contingit illa potissimum ratione quia cum iuxta philosophi sententiam electio non nisi de precognitis existat: pro eo quod nemo que ignorat eligit: vt ille in recte eligendo deficiat necesse est: qui diuersorum statuum viuendique generum dulcia et amara: commoda et incommoda non satis agnoscit. Ut igitur noscamus quales a nobis artes qualia studia: qualiaue conuersandi aut viuendi genera: dum in hoc fallaci seculo vagamur: et quo ordine diligenda sectandaque sint: decreui pro modulo ingenij quod in ea re sentio tue sanctitati dedicare: tuoque nomini consecrare. Nec ab re quidem: cum enim ad te vnum omnis vite modus omnis mortalium status et humana conuersatio atque conditio referatur: tuque cunctorum mortalium sis norma: moderatio et speculum: tu denique cunctorum viuendi generum non solum distributor: sed emendator existas. Recte tibi vni huiusmodi opusculum dirigendum atque dicandum fuit: eritque eius libri titulus Speculum vite humane. Nam veluti in materiali speculo vnusquisque non modo sua: sed et aliorum intuetur aut pulcra aut deformia: et quid commendandum quidve emendandum sit. Sic in hoc opusculo tanquam in limpidissimo speculo liquido

Bonum homines appetunt: sed ratio eligendi quandoque deest.

Quid intendat.

Cur pape dedicarit.

Titulus libri.

conspiciet dulcia ⁊ amara recta aut deformia cuiusuis status;⁊ artis totius humane vite: quo fiet v apertissi me agnoscat quid in seipso ac vita ⁊ sorte sua ⁊ demum ceterorum mortalium laudandum sequendu:m siue re prehendendum ⁊ corrigendum sit. Quemadmoduȝ igi tur teste Gelasio papa duo sunt vite genera quibus or bis principaliter regitur:⁊ omnium mortalium conuer satio pendet. Aliud videlicet eorũ qui temporaliter:ali ud illorum qui spiritualiter viuunt: ita duos sub breuẽ compendio tractatus attigam. In primo quidem de cũ ctis temporalibus statibus seu secularibus artibus et viuendi formulis breui agimus incipientes a summo tẽ porali culmine:videlicet Cesarum Regum ⁊ principuȝ vsq̃ ad bubulcos ⁊ infime vite homines. Et in ea parte diuersos hominum viuendi modos ĩ temporali statu de gentium:variaq̃ artium ⁊ occupationum seculariuȝ ge nera:quibus homines sese vt plurimum conferre aut i plicari solent breui perstringam. Et quid in eis aie pfe ctus aut tpalis honoris vel cõmodi aut incõmodi labo ris vel piculi lateat succintius atq̃ exquisitius q̃ pote ro explicabo. Tandẽ de cunctis fere malis supplicijs pe nis mortibus ac dãnis icorporalibus: necnõ de ceteris intrinsecis ⁊ inuisibilibus erũnis ac mentis afflictioni bus que ab origine mundi homines tam boni ⁊ innocẽ tes q̃ mali ⁊ peccatores magis excellentes ⁊ nominati in omni statu existentes perpessi sunt:⁊ indies mortales omnes patiuntur:⁊ de causis eorum ad vtramq̃ partẽ breuissime subijciam. ¶ In secundo libro de spiritualis vite statu ⁊ viuendi genere sermo erit:qui cum binarius sit:quorum alter ecclesiasticus:alter regularis siue mo nasticus existat de vtriusq̃ principijs: natura ⁊ origine autoritate institutione ⁊ differentia: necnõ necessitate ⁊ vtilitate excellẽtia ⁊ pꝛogatiuis:sȝ ⁊ d eoꝝ aculeis la boribus ⁊ piculis agendũ erit. Incipiendo a sũmo põti fice qui oĩm statuũ vertex ẽ:atq̃ totius vite hũane exem plar ⁊ speculuȝ existit. Deide ceteros oẽs ecclesie status ⁊ ordines particularius discutiam. Ut tandem discat: hũan' ai us:⁊ si vbiq̃ sit labor ⁊ dolor vbiq̃ ad ⱽtutes

Duo genera vite.

Primo de temporalibus.

Quare de temporalib' primo tractet po nit causaȝ in plogo secundi libri.

In secũdo de spũalibus ecclesiasticis et regularibus.

ad vitia via sit: cui potius vacare et se accommodare debeat vt tandem dulcorem simul et amaritudinem cuius ꝙ status consyderans illam viuendi normulam eligat: que ꝛ fragilitati natureꝗ sue potius conueniat minus ꝙ periculi sed pluris habeat auxilij ad bene beateꝗ viuendum in quibus quicquid a me differendum erit tue sanctitatis: que fidei magistra est correctioni et emendationi remitto: quam altissimus diutine et feliciter protegat et conseruet.

finis huiꝰ operis.

¶ Prefatio vtilis: in qua autoris huius libri vita eiusꝗ studia recoluntur: ꝛ tandē admonet ad studia legis diuine potius ꝙ humane: ꝛ de effectu legum humanarum: ꝛ de ordine procedendi in hoc libro.

Uerum Beatissime pater vt aptior dulciorꝗ sit circa premissa dicendi ordo: expertā iam me in ea re luctam atꝗ in meipso exercitatā dissensionem interseram: teneboꝗ typum dialogo similem: dum honestum quendam atꝗ modestum altercationis modum inter piam matrem ac nōnullos cōtribules et amore mihi coniunctos dudum habitam circa vitam eligendam meā breui ꝑstrinxero. Quo fiet vt dum rem gestā fideliter enarro pollicitum persoluā ordinem. Attingo iam breuem sed iucundam palestrā. Patre itaꝗ vita functo infantulū me pia mater ad literarum studia destinauit: vbi post prima illa literarum rudimenta dialectice ꝛ philosophie laudatis studijs: non quidē vt debui sed vt valui parumper operā dedi. Rursus post aliqua temporis interstitia in eis consummata varie diuerseꝗ inter piā matrem et cōtribules ac consanguineos opiniones fuere: Mater siquidem vt erat totius sanctimonie et honestatis sectatrix: ac eximie deuotionis et virtutis cupida: et optabat ꝙ maxime ad spirituales me scientias conferre deberem. Illi econtra. Quis enim inquiunt patris nomen aut tenebit aut suscitabit? Nam cum pater inter illius castri conciues precipuus et populi quoddā caput fuerit: elaborādum est vt filius patrem imitetur. Deinde quis generis atꝗ familie honorem tenebit? Quis rursus matri

Laus matris sue

Cōsilium amicorū ad lras seculares exhortātiu.

vidue fratrum sororumqꝫ pupillorum necessitatibus cō-
patietur. Quis deniqꝫ totius familie et domus onera
supportabit. Quare suadebāt illi vt ad seculares me sciē-
tias conferrem: que suis sectatoribus honores compa-
rant summas amplasqꝫ afferunt diuitias. Clamabat ta-
men pia mater cum Hieronymo ad demetriadem virgi-
nem dicens instruendam in teneris ānis debere esse ani-
mam diuinis eloquijs: vt coruscante verbo dei diabolē
astutie repellantur: vt adulescens resistere sciat: quemqꝫ
hostem pro residuo vite habiturus est. Addebat rursus
mesto animo: in diuina lege paucos admodum sed in ꝓ
phanis studijs humanisqꝫ legibus plurimos laborasse:
Secularibus deniqꝫ artibus quas recte seculi lucrati-
uas vocant gymnasia plena esse. Quare dolebat appri-
me ꝙ omnes fere legem dei aspernarentur: in qua cum
rege ꝛ propheta iubentur meditari die ac nocte. Quip-
pe veluti ceci atqꝫ ignaui ita passim dereliquerent fontē
aque viue: ꝛ foderent in cisternis dissipatis secularibus
videlicet disciplinis que nec dulces: nec viuas aquas cō-
tinere possunt. Rursus illi vt iuridicas sapientias secta-
ri deberem summopere suadebant: canonicam videlicet
ꝛ ciuilem. Quoniam habitus ille iuridicus eius gene-
ris erat: qui votis pie matris faciebat satis: vtpote que
si ad sensum legislatoris leges ipse referuntur normam
bene recteqꝫ viuendi tribuunt. Docentqꝫ quo virtutis et
rōnis tramite: quo disciplina vigore ecclesia atqꝫ mūdus
ipse regatur. Sed et prebent documenta atqꝫ veras ex-
plicationes illius iuris naturalis non scripti: quod cuꝫ
Apostolo insitum est in cordibus nostris et tanqꝫ lumen
vultus diuini signatum est super nos. Alterum videli-
cet non ledere: et ius suum vnicuiqꝫ tribuere. Cui siqui-
dem iuri naturali non distinctum: quinimmo idem vide-
tur esse ius diuinum cunctos mortales commonens: vt
quecumqꝫ volumus vt faciant nobis homines ea eisdeꝫ
ꝛ nos faciamus. Tandem victa est mater pia: at si vin-
ci pietas non potuit propinquorum suasionibus timi-
da satis acquieuit. Decretum est ergo vt eis ipsis studijs
vacarem. Commonebat tamen maternus amor vt inter

Consiliuꝫ matris ad sacras literas ad hortantis.

Amici.

Laus legū

Mater

humani iuris regulas diuini nequaq̄ essem immemor. Et licet: vt dicebat: pulcrum admodum sit de iustitia humana agere: necessarium tamen sibi videbatur diuinam non obliuisci. Addebat deniq̄ q̄ cum contra ius iniuria fiat: tunc me rectum verumq̄ iuristam crederet si nullam deo iniuriam inferrem. Quippe tunc optim' legista euaderem atq̄ preclarus si sua immortali deo iura suasq̄ leges immaculato calle seruassem. Tandem p quodam vt ita dicebat iocali semper memorabili illud propheticum mihi summopere relinquebat. Meditanduz die ac nocte quia beati immaculati in via et qui ambulant in lege domini Subijciebat tamen postremo vt ab illis penitus studijs animum abstraherem: que non veritate: sed fabulosis figmētis homines ꝛ presertim iuuenes oblectantur: vt recte cum eodem propheta dicere possem: Narrauerunt mihi iniqui fabulationes sed nō vt lex tua. Accepta igitur materna benedictione aptatisq̄ ad studia necessarijs rebus Salamantine me cōtuli vniuersitati: vbi per decē annos eisdez iuridicis legislationibus vacaui. Memor tamen sapiētis p̄cepti Ne dimittas legē mr̄is tue Nōnūq̄ inter sedula iuris exercitia: veluti cuiusdā solatij gr̄a / sacrarum literarū lectioni me raptim conferebam. Sz et philosophie presertim moralis dulcedinem tāto ardētius p̄gustabā: quāto vltra ea oblectamēta: que doctrina ipsa ad morum informationem adducit plenius tm̄ atq̄ vberius cunctorū iurium legūq̄ humanarum verū intellectū elicere vidētur Adde quia vt semp mihi visuz est: idq̄ et Cicero in libro de legibus ait: postergatis moralis philosophie doctrinis atq̄ principijs neminem contingit in iure ipso eruditum preclarūq̄ euadere. Tandem vero expletis studiorum cursibus assuetis doctoratus insignijs extiti vtinā digne: togatus. Sed illico grandis admodum inter matrem piam ꝛ consanguineos ac attinentes concertatio suborta est: sed longe maior inter vtrumq̄ meum hominem conflictus inualuit Instabat enim tēpus: petebat etas: ipsa quoq̄ ratio et affinium expectatio poscebat: vt tandem aliquē future vite modum eligerem. Et quia

Contra fabulas.

Pergit ad vniuersitatez Salamātinaz

Utilitas philosophie moralis.

De dupliciti genere vivendi.

teste Gelasio:vt premisimus: duo sunt viuendi genera quibus hic totus orbis regitur et sustentatur. Alterum eorum qui se spiritualiter in sortē dei dedicant: Alterū eorūq̄ se secularibus prebent negotijs:alij ecclesiastici: alij vero laici. Ea de re illi vt secularem vite formulam captarem:quia eam progenitores ipsi honestissime seruarunt. Mater vero veluti que nedū corpusculū meū intra eius viscera duxerat sed et educauerat atq̄ ad eum vsq̄ statū perduxerat:et ob eam rem plus diligebat:suadebat non statim a me eligendam fore vite formulam: sed hortabatur vt prius matrem ipsam ex acie vna ; ceteros vero consanguineos et amicos ex altera audirem altercantes super cunctas vite humane artes et viuendi modos:incipientes a statu tēporali qui primo mortalibus occurrit:vt illius falsis prosperitatibus et veris calamitatatibus plene conspectis tandem ad spiritualem statum:qui optimi finis rationem habere videtur: me vt optabat transferrem. Adquieuerunt affines discu tioni:adquieui et ego Illi ergo vt animo tenero dulcorem status et vite temporalis facilius imprimerent decreuerunt a summo terreni status culmine imperiali videlicet ⁊ regali jncohare:vt ex illius sublimitate ⁊ felicitate que multos indies facit felices : ad aliquem temporalem viuendi modum allicerent, Tandem vero ceteros alios terrenos viuendi modos tangere et discutere meminerat vsq̄ ad infimos bubulcos necnon ad rusticanos homines. His igitur ꝑ quadam ꝑfatione introductis accedendū est ad rem ipsam. In duos igitur libellos vt premisimus:hic liber diuidit:in quibus discutiū tur ⁊ examinātur materie infra scripte : vt in tabula sequenti apertius declaratur.

¶ De materijs pertranctandis in primo libro : et de tabula capitum eius.

Rimꝰ liber agit de cūctis statibꝰ⁊ exercitijs flueviuēdi modis tꝑalibꝰ:incipiēs a cesarea potestate ⁊ regali dignitate:q̄ culmē hꝫ omniū temporaliū statuū vsq̄ ad bubulcos ac infimas artes exercentes. In quo discutiun

tur et examinātur cōmoda ꝛ incōmoda dulcia et amara fauores ꝛ labores solatia ꝛ miserie facilitates ꝛ difficultates pspera ꝛ aduersa ꝗetudines ꝛ pericula vniuscuiusqꝫ status et vite huius temporalis seu forme viuendi in hoc seculo.

¶ De primo ac sublimiori statu tpali videlicet imperiali ꝛ regali: ac aliorum principuꝫ: ꝛ de status culmine et excellentia: ac de illi⁹ felicitate ꝛ psperitate: nec nō de ei⁹ commoditatibus prerogatiuis laudibus et preconijs. Caput. I.

¶ De infelicitate stat⁹ imperialis ꝛ regalis: et plurimis curis oneribus miserijs calamitatib⁹ atqꝫ incommodis istius status: ꝛ q̄ reges ꝛ principes comitantur, et tādeꝫ de innumeris periculis principantium. ij

¶ De alio viuendi modo in hoc seculo: videlicet de exercitio ꝛ vita curialium: et eorum qui principū fauores et officia sequunt: et de laudib⁹ ꝛ cōmēdatiōe hui⁹ status. iij

¶ De laborib⁹ oneribus et in cōmodis ac periculis status et vite curialiū: ꝛ fauores curias seu officia principū sequentiū In quo capite ꝛ in tribus rubricellis seqn tib⁹ specialiter agitur de septē vitijs que officiales regū ꝛ curiales comitant. Agit etiam de calamitatib⁹ p cura toꝝ regū ꝛ alia officia exercētium: et an in curijs regum adquiratur verus honor. iiij.

¶ De nobilitate generis sciētie ꝛ moꝝ: ꝛ q̄d sit ꝛ quō ortū habuit ꝛ an a regū sola volūtate ꝛ cōcessiōe acq̄rat. v

¶ De multiplici nobilitate et an sola gn̄is nobilitas in deferendis honoribus ꝑferat strenuitati aut sciētie vel virtuti hominis ignobilis genere. vi

¶ De laudibus ꝛ preconijs nobilitatis generis ꝛ de illius virtutibus. vij

¶ De vanitate nobilitatꝭ hūane: ꝛ de ei⁹ vitijs ꝛ nobiliū excessib⁹: ꝛ d̄ fc̄a noīatiōe nobilitatꝭ: ꝛ de illi⁹ icōmodis. viij

¶ De armata militia ꝛ exercitio armoꝝ: ꝛ de laudib⁹ et cōmēdatiōe huius exercitij: et an vacātes armis sint veri ciues et partes ciuitatis. ix

¶ De laborib⁹ ꝛ onerib⁹ atqꝫ incōmodis vite militaris ac exercitij armoꝝ ꝛ de periculis huius status ꝛ de causis quibus hoc exercitiū dissuadetur. x

xi ¶De vita et statu coniugali in sancto et imaculato matrimonio: et de vtilitate laudibus vite cōiugalis super alia viuendi genera.

xij ¶De onerib' et incōmodis et laborib' plurimis vite cōiugalis et de causis ppter quas nō expedit vxorē ducere

xiij ¶De magistratu iudicū: et de officio et munere iudicandi populos et presidendi ciuitatibus: et de laudibus huiusmodi officiorū et cōmendatione talis exercitij.

xiiij ¶De oneribus et laborib' et incōmodis pfecture et iudicature et presidentie in populis: et de piculis huiusmodi exercitij

xv ¶De exercitio et officio consulum et rectorū vrbium et prouinciarum et de piculis huius status.

xvi ¶De laboribus oneribus et incōmodis consulū et rectorum vrbiū et prouinciarum: et de piculis huius status.

xvij ¶De alio exercitio et viuēdi genere in hoc seculo: videlz de aduocādi et patrocinādi officio in iudicio: et de laudibus hui' sciētifici et artificiosi exercitij: et de vtilitatib' ex illo prouenientibus: et quomō supplet nature defect'

xviij ¶De incōmodis oneribus et laborib' exercitij aduocatiōis in causis et iudicijs: et de periculis huius status et modi viuēdi. et de damnis que ex illo veniūt reipubli. et quomō litigia nutriuntur ex aduocatorū copia: et quomodo humana iustitia potest impleri in iure naturali.

xix ¶De alia viuendi arte videlz de notarijs: tabellionib' et scribis: et de hui' artis laudib' vtilitate et cōmendatione ac necessitate.

xx ¶De miserijs calamitatibus ac laboribus et periculis notariorū: tabellionū: et de illorum fraudibus et dolis.

xxi ¶De exercitio agriculture et de laudibus et cōmendatione huius naturalis et innocētissimi exercitij: et de vtilitatibus generi humano ex illa prouenientibus: et quomodo deo acceptum est.

xxij ¶De incōmodis oneribus difficultatibus et laborib' agriculture: et de aculeis et miserijs hui' status. Et narrantur plura de hoc viuendi genere circa eius sollicitudines et anxietates: et quomō repugnat pclaris igenijs agricultura ipsa: et quales debent esse agricultores.

¶ De diuersis aliis modis et artibus viuendi in hoc se-culo: et presertim de artibus mechanicis in genere et vti-litate earum. Et quot sint artes mechanice: et qualiter earum exercitia prosunt: et que artes sub eis cōprehen-dantur: et quomodo in dictis artibus clari multi eua-serunt. xxiii

¶ De dissuasione in genere vite mechanice: et quomodo licet sint artes necessarie: tamen non est necessarium illa-rum habere exercitiū: et quare mechanice artes inuente sunt: et quis sit illarum finis: et quare sic appellentur: et an sint vtiles ingeniis hominum. Et an artifices sint ve-ri ciues et partes ciuitatis. xxiiii

¶ Particulariter agitur de prima arte mechanica vide-licet de lanificio et ceteris artibus que ei subalternan-tur et de illius vtilitate et incōmoditate dulcibus et ama-ris. xxv

¶ De secunda arte mechanica videlicet fabrili armatu-tura aut architectonica de partibus eius et de vtilitate et prerogatiuis illarum: ac de incōmodis miseriis et one-ribus earum. xxvi

¶ De tertia arte mechanica: videlicet de nauigatoria et artibus ei subalternatis: et de vtilitate et laudibus earum. Demum de laboribus miseriis et periculis que eas co-mitantur. xxvii

¶ De quarta arte mechanica; videlicet de venatoria et artibus ei subalternatis: et de laudibus et vtilitate ea-rum et de laboribus miseriis et periculis que eas comi-tantur. xxviii

¶ De quinta arte mechanica: videlicet de agricultura et partibus eius: et de earum vtilitate dulcore et amari-tudine: vt supra diximus in.xvii.et.xviii.capitibus. xxix

¶ De pastorali arte: et de eius vtilitate ac incommodis miseriis et laboribus. xxx

¶ De sexta arte mechanica; videlicet theatrica et ludis: et de partibus ei subalternatis: et de diuersitate oīm lu-dorū: et de illorum vtilitate et damnis. xxxi

¶ De septima arte mechanica videlicet medicina: et xxxii

eius necessitate: et vtilitate et laudibus. Demum de illius abusu: laboribus et periculis.
xxxiii. De arte mercandi et vendendi que ipsa mechanica est: et sub nauigatoria continetur: et de eius necessitate et vtilitate.
xxxiiii. Demum de illius infelicitate: fraudibus: dolis atque periculis.
xxxv. De artibus liberalibus in genere: et de illarum laudibus et vtilitate: et quare vocentur liberales: et de illarum incommoditate et abusu.
xxxvi. De duabus liberalibus artibus: videlicet grammatica et dialectica: et de ortu earum et caussis quare inuente sint: et de illarum laudibus: ac demum de earum abusu et incommoditate.
xxxvii. De rhetorica et eloquentia que tertia est liberalium ars: et de illius ortu: vtilitate et laudibus. Rursus de eius abusu: et qualis debet esse orator: et quid valeat eloquentia sine sapientia: et quod aliquando sit mortifera.
xxxviii. De mathematicis scientiis in genere et de earum ortu et fine.
xxxix. Particulariter de prima scientia mathematice: videlicet de astronomia et de eius laudibus et vtilitate: demum de illius incommoditate ac incertitudine: laboribus et damnis.
xl. De secunda scientia mathematice: videlicet de musica et de eius laudibus et vtilitate: ac de illius incommoditate miseriis et laboribus.
xli. De tertia et quarta mathematicis: videlicet arithmetica et geometria et de earum laudibus et vtilitate: et de illarum incommoditate ac inutilitate et laboribus.
xlii. Sub breui epilogo recolligit autor cunctas alias artes et genera viuendi in hoc seculo: in quo ostendit miserias labores et pericula omnium statuum: et ostendit eas plures habere aculeos et miserias quam gaudium: quietem et securitatem: discurrens per omnes modos viuendi in hoc seculo.
xliii. Inquiritur causa: quare a prima mundi origine boni et mali in quouis statu existentes: diuersas miserias penas cruciatus plurimaque mala et incommoda corporaliter passi sint: et breuiter enarrantur calamitates in specie omnium fere

magis excellentium personarum vtriusq; testamenti.
¶ Ostenditur homines in quouis statu viuentes non solum penas exilij:cruciatus & mortes & cetera corporalia incommoda assidue pati:sed & alias diuersas intrinsecas mentis afflictiones:vt nusq; vita aut sorte sua contenti sint. Et breuiter tangit particulariter oēs fere huiusmodi mētis q̄rellas & molestias ad vtrāq; partē: xliiij.

¶ De materijs pertractandis in secundo libro:& de tabula capitum eius.

Ecundus liber de statu vite spiritualis:qui in duos subdiuidit statis seu viuendi modos: videlicet in statum ecclesiastici ordinis: hoc est papam: cardinales; archiepiscopos: clericos & ecclesie ministros. Item in statum monasticū siue religiosoꝝ:in quo sunt capita sequentia.

¶ De sublimitate & excellentia dignitatis summi pontificatus: & de incōprehensibili eius autoritate & potestate:& de illius necessitate & vtilitate & de altissimis ei⁹ mysterijs. caput.i.
¶ De spiritualibus incōmodis:amaritudinibus: miserijs:aculeis:necnon mentis afflictionibus: periculis et laboribus summi pontificatus vbi plurime summoꝝ pontificū calamitates & spiritus ꝑturbatiōes narrant. ij.
¶ De plurimis temporalib⁹ incōmodis: amaritudinibus & miserijs ac calamitatib⁹ romanoꝝ pontificū:& de illoꝝ ꝓp̄tis & ei coniunctis laboribus & periculis:anxietatibus & inseparabilibus erūnis. iij.
¶ De alia infelicitate & calamitate romanoꝝ pontificum:videlicet q̄ parū viuant in pontificatu:& de causis & rationib⁹ huius breuitatis vite: potius in eisdē summis pontificib⁹ q̄ in alijs monarchis & principibus. iiij.
¶ An sit verum vniformiter q̄ romani pontifices parū viuant in papatu. Agitur etiā de verissimis causis breuitatis vite summoꝝ pontificū & an in viuendi periodo romani pontifices differant a ceteris mortalibus. v.

vi. ¶Assignantur cause et rationes: quare illorum opinio non sit tenenda qui dixerint summis pōtificib' bonis et reprobis vniformiter institum et propriū esse vt in pontificatu parum viuant.
vij. ¶Respondetur motiuis illorum qui dixerunt papā parū viuere in papatu: et quo sensu sit intelligenda predicta opinio et quomodo cum veritate posset saluari.
viij. ¶De excellentia et prerogatiua status et dignitatis cardinalatus: et de perfectione huius status: et de laudib' et de preconijs eius.
ix. ¶De plurimis anxietatibus et aculeis: laboribus et periculis status et dignitatis cardinalatus: et de onerib' que incūbunt huic dignitati.
x. ¶De sublimitate et excellentia status et dignitate patriarcharum: archiepiscoporū: episcoporū: prelatorū et presbyterorum: ministrorum ecclesie et de perfectiōe status eorum in genere et in communi.
xi. ¶De differentia et comparatione ecclesiasticorū videlicet episcoporum et aliorum inferiorū prelatorum et clericorum inter se adiuicem et quis gradus sit dignior et perfectior.
xij. ¶De plurimis difficultatibus et aculeis: laboribus et periculis status episcoporum et clericorū: et de malis ministris ecclesie: et de multis abusibus: vitijs et inordinationibus illorum in genere et communi.
xiij. ¶De dignitate et prerogatiua officij decanatus in ecclesia: et de illius honore et veneratione: et de eis que eis competunt. Demū de plurimis oneribus et afflictionibus ac defectibus et periculis decanorum.
xiiij. ¶De dignitate et prerogatiua officij archidiaconorū: et de honore et veneratione ei debitis: et de his que ad eum spectant. Demū de plurimis oneribus et afflictionibus: defectibus et periculis illorum.
xv. ¶De dignitate et prerogatiua officij cantoris et primicerij: et de honore et veneratione ei debitis: et de his que ad eum pertinent. Demum de plurimis oneribus et calamitatibus: defectibus et periculis eorumdem cantorum.

¶ De dignitate & honore officij thesaurarij vel custodis ecclesie: et de his que ad eum pertinent. Demũ de pluri mis oneribus & calamitatibus: afflictionibus: defecti bus & periculis illorum qui talia officia habent. xvi.
¶ De dignitate & prerogatiua officij scholastici in eccle sia: & de his que ad hoc officium spectãt. Demũ de plu rimis oneribus: afflictionibus & calamitatibus ac defe ctibus & periculis scholasticorum. xvij.
¶ De preeminentia & vtilitate officij archipresbyteri: & quante sit venerationis: et de his que ei competunt. De mum de plurimis oneribus & afflictionibus: defectib⁹ & promptis periculis archipresbyterorum. xviij.
¶ De prerogatiua & magna vtilitate officij & gradus canonicorũ: & quanti sit honoris & reputationis: & quid ei congruat. Denum de innumeris huius status oneri bus & afflictionibus defectibus & periculis. xix.
¶ De preeminentia: necessitate & vtilitate officij sacer dotum: curatorũ: rectoruꝫ curam animarũ habentium. Demum de plurimis huius status laboribus & calami tatibus: defectibus & periculis. xx.
¶ De secundo statu spirituali videlicet religiosorũ: & de motiuis & autoritatibus; que adducunt ad probandũ statum ecclesiastici ordinis pferendũ esse statui religio nis: & per consequẽs ecclesiasticũ ordinẽ esse peligendũ. xxi.
¶ De prima comparatione horum duorũ statuum: vide licet qualiter hi duo status clericorũ & monachorum se habẽt alter ad alterũ cõparat⁹: & quis eorũ sit eligibi lior quantum ad eminentiã & perfectionẽ status: & etiã vite & sanctitatis. xxij.
¶ De alia comparatione horum duorum statuũ clerico rum & religiosorum inter se adinuicẽ videlicet quis sit eligibilior tanq̃ simpliciter humanior tolerabilior. xxiij.
¶ Assignantur responsiones ad obiecta contra religio sos pro tuenda opinione illorum qui sentiunt religio sos esse impfectiori statu q̃ decani: archidiaconi: & alij inferiores clerici post episcopum: vbi discutitur que sit perfectior vita actiua vel contemplatiua: & de eoruꝫ adinuicem comparatione. xxiiij.

xxv. ¶ De excellētia ꝛ laudibus vite monastice religiose: ac de pluribus causis propter quas eligenda sit ꝙ̄ alius viuendi modus.

xxvi. ¶ De difficultatibus vite religiose: ꝛ de laboribus et aculeis religiosorum in genere.

xxvij ¶ Particularius ꝛ latius de prōptitudine periculorū huiusmodi status in specie: ꝛ de malis religiosis ꝛ abusibus illorum.

xxviij. ¶ De inclinatione ꝛ dispositione naturali: ꝛ diuersitate complexionum hominum quantū ad religionem: et consilio in talibus.

xxix: ¶ De comparatione religiosorū inter se adinuicem: ꝛ primo de comparatione solitariorū ad socialem vitā agentes: ꝛ que vita sit perfectior altera.

xxx. ¶ De comparatione religiosorum vitam socialē agentium inter se: ꝛ que religio socialis alteri sociali sit perfectior: ꝛ vtrum religio eo ꝙ artior sit perfectior.

¶Incipit caput primum primi libri: videlicet de primo & sublimiori statu tēporali: qui est stat⁹ & gradus imperialis & regalis: ac alioꝝ principum secularium: et de supremo hui⁹ status & dignitatis culmine & excellētia: deilliusqꝫ glīa & felicitate: Necnō de eius ꝓrogatiuis cōmoditatib⁹ laudibus & preconijs super alias temporales dignitates

Uper cūctas humanas tēporalesqꝫ dignitates: & sublimitatis eminentias: imperialis & regalis stat⁹: culmē & excellentiā obtinēt. Huius itaqꝫ fastigij splendor & laus tāta est vt satis exꝑmi nō possit: sed: vt paucis agamus sicut nomē eius: ita et laus eius. Imperatoris quidē nomen ab iperando dictum est. Regis deniqꝫ a regendo. aut grece basis a sustinēdo. Quid enim gloriosius q̄d felicius: q̄ꝫ vnū intueri mortalē hominem ceteris hominibus imperantem. cūctos regentē: & ad libitum ferentē: Isti sunt qui teste iob: portāt orbē. Huius certe eminētissimi stat⁹. honor. laus gloria & excellentia ex eo etiā maxime patet: q̄m teste scriptura. illis tanq̄ꝫ sublimioribus potestatibus ois anima subdita ē. Quare & iuxta christi preceptū. Cesaribus atqꝫ regibus a cūctis fidelibus honor exhibendus est. subsidia prestanda: & quibus vectigal vectigal. & quibus tributum tributū. illis deniqꝫ tanq̄ꝫ precellentibus et a deo missis: teste apostolo parendū est. quia non sine causa supereminētem: terrentemqꝫ gladiū portant ad cohertionē malorū. laudē vero bonorum. Illorū quidē sunt quas incolimus vrbes: illoꝝ castra atqꝫ possessiones & cūcta terrena dicēte Augustino. quo iure defendis villas nisi imperatorū regūqꝫ iussu. Quis igitur non felicē: nō cūctis prelatum hūc excellentē statū dixerit. Qui oibus subuenit: omnibus prodest et omnium saluti & cōmoditati ꝓuidet. in quo reges ipsos deo assimilari: approximariqꝫ plurimū cernimus. Quia solus ipse vite necisqꝫ holꝫ dominꝰ est salutē mortalibus cōfert vel dando si eguerint. Regiobediendum.

vel parcendo si deliquerint. vel indigendo si supplicaue rint. qui nō sibi sed reipublice nati sunt: duꝫ discordias pacificant. oppressos a potentibus eripiunt. p̄uincias pace gaudere faciunt. violentias cohibent. iustitiaꝫ ser uant. malos dissipent. ꝛ q̄cquid agendum est siue ad be ne beateq̄ꝫ viuendum: siue ad res ipsas politicas felici ter gubernandum finemq̄ꝫ debitum dirigendum legi

rex deo si milis. bus preceptis: ac iustis lationibus disponunt. Rex eni similitudo siue imago quedam diuinitatis est in terris dum idipsum agit in limitato circūscriptoq̄ꝫ regno: q̄d deus in vniuerso. Hinc Reges in Exodo: dij vocantur. In his est prouinciaꝝ quas regunt summa potestas. ta ceo de imperatore cuius autoritas nullis est circūscri pta limitibus. qui princeps est maximus atq̄ꝫ optimus qui celeste habet arbitriū: ꝛ iura preceptaq̄ꝫ ab eo tradi ta: diuinitus emanari creduntur. cui est pro lege volūtas pro libito sanctio: p arbitrio rō. est deniq̄ꝫ Rex pat pa trie: amās ptegit ptegēs q̄s gubernat. Rursus huius

rex patrie pater. sublimissimi stat⁹ excellētia: ex illius necessitate ac vtili tate facile agnoscit. Nā veluti cunctis hoīnibus natu rale est in societate viuere: sic aliquem esse oportet p quē multitudo regat. Nā iuxta Philosophū: multis existē tibus hoīb⁹: ꝛ vnoquoq̄ꝫ id quod sibi congruū est proui dente: multitudo ipsa facile in diuersa dispergit: si mo do aliquis non sit: qui curam multitudinis obtineat Nec illud sapiens Salomon ignorabat: inquiens. vbi nō ē gubernator dissipabitur populus. Deniq̄ꝫ illa ho minibus a natura innata societas rūperetur: si nō foret

Augusti. aliquis p̄sidēs: cui⁹ ope prauoꝝ audacia arceretur. q̄a teste Augustino. a diuina dispositiōe regna sunt ꝯdita reges instituti: vt maloruꝫ peruersitas castiget: ꝛ bono ruꝫ vita ꝛ innocētia conseruetur. Et alibi. Regale fasti giū locus ē supior: sine q̄ populus regi nō potest. Impe ratoria ergo vox ꝛ regalis autoritas iniquos fugat. in solentes castigat. obtrectatores despicit. bonos p̄miat atq̄ꝫ fouet. ꝛ cunctis influit vite ꝛ honoris alimenta. Est enim rex in regno: veluti in naturali corpore caput. Cō stat quidem caput ipsum membris vigorē influere. Qz

teste nostro Seneca: Quid valet corporis robur. Quid Seneca
validitas lacertorum: Quid velocitas pedum: nisi capitis velut principis sui imperialis quedam amminiculet potestas a quo vel destituuntur vniuersa: aut omnia fulciuntur. Sine capite inquit iacet truncus ignobilis: sine honore: sine nomine. Sed nec in humanis tantum eius summa consistit felicitas. Nam preter eam exteriorem: quam prediximus: super cunctos mortales excellentiam: si bene rex optimeque regit: immortali deo tanto propinquior: tam rex deo propinquior.
toque acceptior est. quanto liberior sed et castigatior fuit in eo peccandi licentia: qui potuit transgredi: et non est transgressus: in quo peccare noluit voluntas: etiam si immineret peccandi impunitas. Grandis certe gloria: grande premium. Nam quotquot superat potestate terrena: superat et felicitate eterna. Scriptum est enim Quia domus Dauid erat sicut domus dei Ueluti enim fideliter regendo dei officium gessit in populo sic ad premium propinquus ei herebat in celum. Quippe apud antiquos: boni rectique principes: in deos transformari putabantur. Et vt grandi negotio breuem finem imponamus Quanta sit huius sublimis status felicitas: non minus ex his quae tetigimus quam ex eo cognoscemus. quoniam nulla: vt aiunt: maior est felicitas quam multos facere posse felices. Id certe felicitatis genus: nulli magis quam Regibus conuenit. Quam obrem. vt ego arbitror: illa sapiens regina Saba non modo Salomonem regem felicissimum dixit: sed et eos qui ei seruiebant ac ministrabant: seruosque seruorum suorum perbeatos asseruit. Que res agit: vt homnis humanus animus si suiipsius immemor. si contemptor. si denique sui paruipensor fieri non velit ad eandem ipsam sublimitatis dignitatem decurrat. Atque si natura suffert: si prudentia sufficit: si fortuna arridet. si potentia iuuat: ad illum omnium felicissimum statum totis respiret conatibus. Quod quia si minus tam excelse cedri culmen ascendere nequit: ramusculis saltem illius insideat: quoniam aut vberrimo felicitatis fructu. aut saltem protectionis illius vmbra suauissima non frustrabitur. Ceterum augeret excellentiam regalis et imperialis principatus: agere de eius origine et differentia. et

quis illorum sit antiquior et iustior principatus. de qui bus latius diximus in libro quē nuper edidim' de mo narchia et origine et differētia principatus. et iterum in libro defensorij status ecclesiastici quarto tractatu.

¶ Caput secundum de infelicitate status imperialis et regalis et plurimis curis: oneribus et miserijs: cala mitatibus atque incammodis illius. et que reges et prin cipes comitantur. et tādem de innumeris periculis prin cipantium.

Era semper illa sapientis sententia fuit qr maiore studio miseriarum causas: et dolo rum alimenta q̄ vitam conquirimus: atque auidius ea inuestigamus et pre elegimus: quibus more pile huc atque illuc iactamur: q̄ ea que plenissimam securitatem et veram felicitatem tribuunt: quod certe nulli animātium preter homini ac cidit. illa enim non iudicio rationis: sed nature instin ctu vtilia eligunt. Nos vero ingenio et animi acumine vigentes: blanda quadam atque fallaci aura ridente fal so iudicam'. putātes id esse beatū id perpetuū quod fa cile ruit. Nec mouemur: qr assiduo cōspicimus quosdā quos sicut lenis fortūe risus attollit. sic leuis illico fle tus deijcit: vt recte de eis dicere possimus cum propheta Deiecisti eos dum alleuarētur. nec nos vincit quod cer namus neminem tam securum tamque mane quietum vt nō ante crepusculum a merore: a casu: a lapsu superet. Cuius certe rei culpa in nobis est: qui facile ab his que cupimus trahimur: et superamur. Qui enim animos ad hos vanos seculi fastus accommodat: vt pro fructu fo lia. pro grano paleas. pro vera felicitate vmbram capiat necesse ē. Audita certe atque cum tota mentis attentione auscultata est: summa regum ac cesarum felicitas: illo rum que dignitas. maiestas. celsitudo. atque vtilitas. ad celos vsque perducta sed nisi fallor fallitur: qui illa falsa nō iu dicat: qui aperto oculo vera esse nō cōspicit. Dicā ergo nō pari eloquentia: sed vt puto veriore sentētia regalis huius status calamitates: miserias atque pericula. In pri mis itaque fateor clarissimū regis nomen fore: sed durissi

mum officiū.clara nomīa res obscure sed et difficillimū omniū ministeriū magis certe seruare difficile:q̄ nomie delectabile.Quid eni vtilitatis affert nudū dignitatis nomen:vbi res ipsa deest? Quid enim Cesar.quid rex aliud suscipit nisi fulgidas cōpedes.claram miseriā? q̄ si hominibus nota essent:nō homies tantope de vno so lio litigarent. quinimmo mirādū est q̄ nō plura sint re gna q̄ reges. Suscipit certe rex collapsa erigere.sparsa colligere.recuperare perdita.deformia reformare.sed et si illa:quod rarum est: exprobauerit:reliquam laudē illius successor metet:putas ne reges his tpib⁹ ad id p uehi.qđ nomē ratioq̄ regis expostulet:vt sit reip.autor ecclesie cultor.refugiū pauperum.tutor pupillorū.defen sor viduarū.oculi cecorū. lingua mutorū. baculus senū vltor scelerū.metus malorū gloria bonorū.malleus tyrā norum pater regum.moderator legum.et erarij publici dispensator: Falleris certe. Mutatus est enim illorum color optimus:atq̄ pro illis operibus.alia sibi inequa lia vēdicāt:q̄ illico audies. Alienant quippe reges aut dissipāt imperij et regni bona:cuius sunt administrato res nō domini. Ecclesiā quā tuendam susceperūt:eiusq̄ ministros psequūtur.a quib⁹ tributa: penas et banna exigunt. Cum tamen eorum orationibus longe plus regnū augeant:q̄ illorū armis. Populū demū affligūt talijs et exactionibus corpa iniuriant.quos pphēta si gnat inquiens. Quare atteritis populū meū:et facies pauperū cōmollitis:hi vt alibi scribit:quod crassum est comedunt.quod fractū est nō alligant.quod infirmū est nō ɔsolidāt.quod abiectum est non reducunt.qđ perijt non querūt. Eos itaq̄ alius propheta non reges:sed in fideles pncipes et socios furū appellat Taceo q̄ aliena dominia occupant:vicinos habere nullos vellēt: limi tes confundunt:iustitiā non faciunt:que dei sunt negli gūt.Quid igitur felicitatis est solo nomie Rex cēseri:et que regi digna sunt respuere aut q̄d honoris ē tutores reip.appellari:et illi⁹ euersores effici? Cogor illđ Adria ni hispana familia nati:verbum optimo pncipe dignū ad memoriā reuocare:q̄ illū sepius in senatu dixisse fer

Regis officium.

Cōtra pncipes.

tur. dicebat ita enim rēpublicā gesturū: vt sciret populi rē esse non propriā. Rursus reges nō tā ad gloriā et honoris fastigiū: quā ad curā sollicitudinē ac indicibiles miserias et pericula assumūtur. adeo: vt vix aliquis regnare optaret: si recte attenderet quā grauis regis sarcina sit grauior finis. Assumunt quidem principes nō ad quietē nō ad securitatē. quinimo ad seruitutem et quandam carceris speciem. Que enim maior est captiuitas quā iugiter circūcingi populi multitudine: et quasi circūligari: Nam vt noster inquit Seneca possum in qualibet parte vrbis solus sine timore incedere: quāuis nullus sequatur comes: nullus ad latus gladius Rex vero armatus et armatis munitus in publicū pdeat necesse est. Quem multitudo gladiorum obsidet et quocūque descēdat: magnus illum apparatus sequatur. Assidue enim omnium quos regit timore constringitur. Unde Seneca: Regnantibus multo peius periculū est quā his qui indicantur. Hi enim singulos timēt: illi vniuersos. itaque illud Labentij equitis romani verum est. quia necesse est vt multos timeat: quem multi timent. Cuius illa: vt putamus: ratio erit: quia quē quis metuit perire cupit. Et iuxta Ennium: quē metuunt oderunt et quē quis oderit perisse expetit.

Seneca. Labenti⁹. Ennius

¶ Huius certe regalis fastigij onera: curasque grauissimas atque prompta pericula nōnulli sensati pricipes optime cognouere: illaque experti sunt. Nam Augustus et diocletianus alter de dimittēdo imperio cogitabat. aliam dimisit: nec reuocatus assensū sedit. Deinde Marcus Aurelius: et Pertinax: quorū alter ad imperiū euocatus: tristior effectus. multa de miserijs imperij amicis disseruit. alter semper imperium exhorruit. Adde quod regnum non semper iuste pncipes acquirunt: sed plerumque ferro. quare ferro etiam suat ac ferro plerūque amittitur O quot legimus: quot audiuimus: quot vidimus in seculeo fortune motos. Quot magno impetu rotatos: alios ex altiore fastigio prolapsos. Quot Cesares. Quot Reges: aut hostium aut suorum manibus a summo solio pulsos: vitam simul et regna amisisse. Quot reges a regno in captiuitatem, a sceptro in carceres transire

Augustus Diocletianus Aurnaax Perti

alios exules: plurimos i acie cesos: et domi capite trunca tos: et alios: quod durissimuz est: laqueo a se suspensos. Et vt paucis agamus: vbicunqz reges sunt: pericula eos comitantur: et semper in medio existunt hostium. non solum cum in bello sed cum in vrbe se recipiunt. ¶ Rursum inter ceteros homines amicitia qz maxime necessaria: atqz vtilis ac delectabilis est. sed hanc reges minime habent: nam cum inter parentes et liberos ac fratres adiuicem: virosqz et vxores firmissime omnium atqz artissime sint amicitie. apud reges vero et sepe vidimus: filius a patre: et pater a filio coniux a coniuge: et frater a fratre capiturqz atqz necatur. vt quos ipsa natura ad amandum compellit regnandi auiditas cogit: ita odio esse. vt plerunqz de sua nece cogitent. ¶ Demuz plurima facit Rex: que nedum amorem suorum impediunt: sed eos reddunt sibi inimicos. Exigende sunt ei pecunie a subditis ad necessarios sumptus. puniendi sunt facinorosi. prohibende iniurie. confiscanda bona multorum. cogendi sunt bella agere. domus agrosqz deserere. que vna res subditis molestissima est: et omnem amorem repellit. Deniqz cui fides deest magno bono eum carere nullus hesitat. Que enim familiaritas: qui vsus: qui congressus iucundus esse potest absqz fide. Quis enim familiarem: quis seruum aspicere potest si ille infidelis existat. Reges vero de nullo aut raro fidem habent: quod ex eo lz cognoscere qz non facile cibis ad se delatis credunt: nisi a seruitoribus pgustentur: ne quid male edant formidantes. Ceterum regibus nunqz sit satis optando et minus consequendo. Ceteri enim homines aut edes cupiunt. aut agros. reges vero vrbes. prouincias. regiones. arces. quas adipisci difficilius periculosiusqz estqz eas res qz ab alijs cupiunt. Et: quod omnium infelicissimum est: reges ipsi tam bonos qz malos. tam sapientes qz insipientes formidant. Fortes quoqz timent ne aliquid audeant gratia libertatis Prudentes: quid aduersus eos machinentur. iustos: ne dedignentur ab eis gubernari. Potentes et diuites verentur. ne subditorum potentia et diuitie eis nociua reddantur. De quibus iob pulcre ait. Sonitus terroris semper in auribus eius. Ad

Amicitia rara iter reges.

Causa odij in reges.

Reges oium gen' hoim timent.

de q reges nunq naturaliu reru abudantiam exoptant vbertate agro odiut ne fertilitate reru subditi difficili iugu suiedi patient demu nullu regib gaudiu cu se curitate e.timet celebritatea hoi timet festatimet solitudies. no custoditas timet ipos custodes nec i ermes illos hre volut.nec de armatis plurimu 9fidut.quo fit vt quid ip si velint ignorent None ista infelicitatis signa sunt.qd si forte magnu quis putet in regibus et propterea beatos eos.qa facile multis prodesse de inimicis obesse possunt nimiu in ea re fallitur. Qua eni rone. Rex benefacere inimicis potest:cu apte sciat q quanto plura qs ab eo ceperit tanto citius cupit efugere.nullusq sit qui earu reru quas sibi principes largiuntur suas esse putat:quam si eo loco sint.aut ipsi tam potentes fuerit vt etia si Rex cupiat nullo modo possit auferre. Inimicis vo nec obesse nec pdesse audent. Accidit enim illis vel uti habentibus extrennuos equos: sed feroces.quibus nec illi vti possunt ppt timorem.nec alienat ppter virtutem. Sed et inter alias huius regalis status infelicitates illa no parua est quoniam:et si reges non ignorat statum eo multis miserijs calamitatib et periculis plenu tame nec se ab eo puide eximi:nec virtute liberari sciunt nec spote cedere possunt q semel regnu assecuti sunt qua re cucto pricipu illa omniu miserrima conditio est vt miseriam ipsam relinquere no valeant Quo enim pacto principes tot pecunias restituere quot ipsi diripuerut. Aut tot vincula pati quot ipsi ingesserunt. aut tot mortibus mori quot ipsi necauerunt. Ceterum. q gloria:laude et honore reges cuctos mortales superet: hoc vnu e vt mihi satis videt:quo reges oiu hominu miseriores existant.nam nec obseruantia nec honoris reuerentia. illo psertim qui nos aut no iuuat aut inuiti seruiunt:grata nobis esse potest Quinimo qq hoc sepe fieri intelligimus: vt qui maxime principes suos timent hi eos oderunt. hi maxime eos obseruent.colant venerentur:munera mittant. assurgant. ad ea tamen non amor sed timor compellit:licet hec omnia seruitutis sint signa veri enim honores alijs ex causis gignuntur. Et

Beneficētia reges non facit felices.

Regnū dimittere difficile.

vt finem miserijs huius status imponam: in eo rapinas depredationes reperiri libet. vt de eis propheta dicere videatur. In medio populi principes eius quasi lupi rapientes predã. in eo iniurias i eo vindictas. in eo spes anxias. in eo honores vanos. cupiditates furores i eo nulla est quies. nulla animi trãquillitas: in eo paucorũ est subuectio. multorũ oppressio paucis gaudiuz. multis opprobriũ. quibusdã pmiũ. plurimis suppliciũ. omnibus labor sibi pena et crux atque: vt cũcta vno claudã vbo: Rex i regno sentina e i naui i quã vnã oluz officinarũ sordes miserie: calamitates et spurcitie decoquunt ac infelicit reducũtur. ¶ Demũ illoruz ifelicissimas miserias agnosces: si de successoribus cogitabis. nam quidam inquit sapiẽs. Quis potentior fuit Alexãdro: ei tñ successisse legit nõ suus sed alterius filius. Successoré iulio Cesari nõ fecit natura sed adoptio Imperialis domus totũ rei lege atque reuolue pgressum reperies quia perijt memoria eorum cũ sonitu: transijs. et ecce non sunt: nec inuentus est locus eorum et ad inferos descendentes eiusque heredes aut ignoti aut extranei: ne dixerim hostes: successerunt. Rursus si celesti, ac eterna felicitate reges dignos putas recte itelligis: si qua pmio digna agãt. Felix ille. sed qs est et laudabimus eũ: Rarus vt fenix est. nec ab re sapiẽs Salomon et Rex tanta regũ expertus picula dicebat pter paucos oẽs reges cõmiserũt peccatũ et reliqrunt legẽ potẽtis et gloriã pdiderũt Vñ isidorus. Difficile ẽ principẽ regredi ad melius: si vitijs fuerit implicatus: qd p abruptũ licẽtie in omne facinus vitior labitur. et quanto excelsior tãto pctm grauius qr potẽtes potenter torméta patient. O ẽs nãque peccatores qs sub se i vita habuit: in futuro seculo supra se plagali pena habebit. vnus ex sctis tractatoribus dicebat. Miror si quẽ ptingat saluari ex his q principant i tantis ruinis et tãta pigritia. Uideo tñ eos currẽtes et spõte se i apta picula iactãtes hic i euãgelio scribit. Emi villã quã multo labore acqsi ui idest ptio aie comparaui. Hec sunt igit pmia status regalis: hec glĩa: hec excellẽtia. Ascẽde igit qcũque es. si placet ascẽde. sed ea lege vt leges naturãque sedis patiaris.

miseria regũ ex successoribus

Isidorus.

¶ Caput tertium de curialibus: et de exercitio et vita et morib' illorum et aliorum potētū ducū: comitū et baronū: ceterorūq; qui pricipū fauores et officia sequūtur. et de laudibus et cōmendatione huius status.

Loriosa plurimū cesarum atq; regum amicitia semper fuit Ubi enī eminēs est atq; excellens totius humani honoris et glie mūdane culmen: ibi ingens glia: ibi sempiterna nois et honoris fama vt compareē necesse ē si itaq; regis amicitia aut fauor arridet. plerūq; breui laboris et tēporis cōpēdio: imēsa pmia homies ɔsequenē. Et si cuiusq; ea sors est vt principi charus existat: eternū sibi et tandē sue posteritati familie: generiq; nomen: deinde honoris et glorie ppetuum monumentū relinquit. Nam vt aiūt alibi negotiari: fortunam ferre est. cum regibus vero amicari supra fortunam ascendere est. Pro hac igitur consequēda offitis humanus animus impēdendus ē veluti q̄ dignitates summas: q̄ opesq̄ honores: q̄ deniq; famā et ppetui nois gloriam: laudē et pconium suis sectatoribus pstat Quid enī dignitate: gloria et honore pstantius? Quid generosor aio nobili auidius exoptari potest? Hic seneca noster cordubēsis p imēso munere habiturum se gratiā et famā apd posteros pcabaē. et statibus presentē honoris et fame gloriam: benignum iter operibus suis ad futuros statuisse dicebat. Et ouidi' naso sibi nomē idelebile futur seq; ore populi legēdū: pdicandūq; letabaē: dicebat deniq;. Nō paruas aio dat gloria vires Et fecūda facit pectora laudis amor. Ad quā vtiq; rem nos vehementer natura ipsa inuitat. Nam vt Policrat' ait: et ante vnus ex philosophis dixerat. nō caret mysterio q honor cum h litera describitur que nō nisi quadā vehemēti cordis nostri aspiratōe pnunciari valet. Quo apte mōstratur naturali quodam ipetu atq; ɔdesyderio hoibus istū esse: ad honorē et gloriā aspirare Deniq; Aristotelē nō puū honoris et laudis pconium assecutū legimus: ex ei' ad Alexandrū amicitia. Et Senecā nō mediocrē amplitudinis et decoris laudē adeptum nouimus: ex claudij Neronis ad eū affectu: Sz

policratus.

⁊ Vergilius ex ea apud Cesarē familiaritate: ꝑ omnia secula se victuꝝ ꝑsagit. sed quid hec cōmemoras: Cunctos certe: quos sublimes ⁊ quos excellentes quos honore: laude ⁊ fama viros ꝑstantes aspicimus. non nisi apud reges tales incepisse. aut reges tales effecisse liquido comperimus. Nec eniꝫ ab re laudata illa in sacris literis regina Saba: beatos ⁊ felices dicebat: non modo eos qui Salomoni regi adsistebāt: sed ⁊ q̄ ei obsequebantur. Ex quibus liquido cōstat: ꝙ honorabilis sit vite formula in regum curijs versari. Hec ⁊ similia amici suadebāt: vt hoc viuēdi genus diligerem.

¶ Caput quartum de laboribus: oneribꝰ ⁊ incōmodis: ac periculis potentū curialium: ac fauores: curias: seu officia principuꝫ sequentiū. in quo capite ⁊ tribus rubricellis sequentibꝰ specialiter agit de septē vitijs: que officiales regū ⁊ curiales comitant. Agit ēt de calamitatibus ꝑcuratoꝝ regum: ⁊ alia officia exercentiū: ⁊ an in curijs regū acquirat verus honor.

Tremebat stupida bona mater hec audiens clamabat alta voce latere sub herba anguē nec vt dicebat venēa dant: nisi melle circūlinita. Etꝙꝙ potētū ac curialiū vita ꝑlocutoribꝰ plīmū laudata existat sub eiꝰ tñ frōte: plīma latere icōmoda atꝙ ꝑicula asserebat. veꝝ i ꝑmis id Suetonij sepe a sapiētibꝰ audisse dicebat qm̄: q̄ charꝰ ē regibus: vilis ē sibi aīa vilis q̄es. vilis securitas. otiū atꝙ virtꝰ. iunge his cōe ꝑiculū oīm q̄ ꝑncipibꝰ seruiūt De q̄ Crispꝰ ait. Nā regibꝰ tā boni ꝙ mali suspecti res sunt. semꝑ eñ vt aiūt ꝑncipibꝰ aliena virtꝰ formidolosa ē. id aūt qd̄ de amicitijs ꝑsoꝝ ꝑncipū ad q̄sdā cōmemoratū ē: ꝑpositū aptissime ꝑbare videt. Quis eñ charior apud Alexādrū Aristotele: Quis apd̄ Cesarē Cladiū Neronē Lucio Seneca: Quis apud Tiberiū Serano: quoꝝ ruinā nouimꝰ Ut eñ sapiēs q̄dā dicebat melius q̄sꝙ regibꝰ incognitꝰ foret: ꝙ amatꝰ. Et iterū. in regibꝰ par malū ē si quē oderint aut diligāt: nisi ꝙodiū fugat amor detinet. Quod si laboribus: si sudore: si periculis plurimis regi charū se quis futurū putat: cogitet, lōge

Sueto.

Crispꝰ.

tutius erit longeq; facilius regis superni ⁊ cōditoris om nium amicitiam tantopere quesisse. Rursus si pro hodi erna temporis malitia: que rara amicitia est. quis tam imprudens est atq; insulsus q̄ sibi reguꝫ duraturas fir masq; amicitias putet: aut poti⁹ fingat. Cogitet q̄d inde ad eos quos diligere simulat: quos certe fortune splen dor. timorq; animi omnium inequaliuꝫ facit cōtēptores Adde q: vt fortuna instabilis. sic principū volūtas va ria ⁊ incōstās est: q̄q̄ stante pseuerātia: res ipa boni mo dicū mali vero atq; piculi multū habet. Deniq; bonā si bi speꝫ pmittūt: q̄ regibus famulātur. Quis eni tā ipru dens videri cupit qui speꝫ ponit i tāta tēpestate. Sꝫ verꝫ est quia: vt noster Quintilian⁹ ait: veluti multa timenť que optāda sunt: sic multa speranť q̄ timēda essent. Qui ergo pricipū fauores desyderat: quid nisi libertate: otio vite: securitate: amicitia priuari desyderat. forte in taleꝫ quis principē sperat: a quo facile falli aut damnari po test. Mobil' est eñi cuiuslibet pricipis anim⁹: ⁊ tāto mo bilior quāto a pluribus concutitur. Nec eñi propť reꝫ varietates cūcta rōne pōderat: ⁊ quod cunctos morta les a regū amicitijs auertere iuste deberet: illčeis com mune est: quia plerūq; non q̄ plus habēt sapiētie aut vir tutis: sed q̄ plus ab ea alieni sunt: gratiores illis existūt Nec qui plus ingenio aut artibus modulatur. sed q̄ pl⁹ adulať: ille gratie fauoriq; primus habeť. Sꝫ si cetera sileā: q̄s nisi demēs aut reꝫ expers: regū fauores tātope desyderat: in q̄bus nō nisi varios rerū mot⁹ vrbiū muta tiōes. pestiferas nouitates famē: bella discordias: īdies ꝯspicim⁹. Si igiť h̄ tibi placēt ad regū amicitias aspira

¶ De periculo ⁊ laborib⁹ officialiū regū: specialiter de eorundem principū procuratoribus.

Ortasse. dices: videmus passiꝫ ad honoran da regis officia: aut reruꝫ suerū vtiliora mi nisteria omnem fere hominē ēt podagra: ⁊ quouis articulari morbo ligatū: velocissime atq; auidissime currere. Ex q̄b⁹ honor: vtili tas. nobilitas. libertas. sta t⁹ securitas. mortalib⁹ īdubie pueniūt Sꝫ: nisi fallor: erras grauissime. q̄d eñi si regis

procurator aut rerũ eius gestor existas: nunquid putas ideo ei chariorːtibi vtilior eris? Uolo prẽderes. qꝛ illius gerere negotia laboriosum ẽ cui placuisse ꝑpetua serui tus est displicuisse discrimẽ. supercilium grauet quod gra uius est: paratũ est pro leui offensiõe suppliciũ. Adde quia q̃ regis procurationẽ suscipit: necesse est multis di spliceat: ⁊ tãdẽ deo. Rursus periculosius deo displiceat necesse ẽ. Nãq; regis iussu aut ei⁹ emolumenti gra: enor mia regno mala ⁊ ingẽtia mltoꝝ dãna: vel ꝑpetrare vel dissimulare eũ oportet. Sed nec id puto tacendũ: quia q̃ regis gerit negotia: qua die id infelix officiũ suscepit: ea die sibi viuere desijt omnisq; libertas omnis quies ois iucũditas abierunt. pro quibus innumeros labores. af flictiões ⁊ mordaces liguas ⁊ vltra vires curas sibi gra tis ꝑmutauit. Infelix certe exercitiũ nã qui vnius est ꝓ curator: multoꝝ hostis est. ⁊ dũ regi placet: regno īfest⁹ est: Quippe quẽ explere oportet quicq̃d sibi iniũgatur a rege: etiam si in aliorum pernicem tendat. Et vt pau ca agã regis ꝓcuratio honorabile exiliũ est. honorabi lis certe titulus: sed difficilis ratio. Et sub iudice ven tilanda: corã quo habebis accusatores multos: excusa tores nullos. Et quod perniciosi⁹ est: implebis domum tuam vento: ⁊ fama falsarũ diuitiarũ alienas aũt veris regis pcu ratori mul tis: ⁊ deo displicet libertatẽ perdit.

¶ De periculo ⁊ labore officialium ⁊ dilectorũ regum ⁊ principum.

Lia ꝑterea discute: perquire regum officia administrationes: curas omnes. ibidem re peries: que ⁊ si nõ ignorem⁹ ea oia pericu lis plena esse. Cernim⁹ tamẽ a multis sepe esse optata: sepe magnis empta pecunijs quesitaq; ꝑiculis. Sicq; tam ceca est mens hominũ: vt periculis emat periculum: precibus atq; laboribus cõ paretur discrimẽ. Nec eñi in illis deest pecũia: sed deest virtus nõ deest fastus: sꝫ deest castus. nõ deest sublimis sed deest humilis. nõ deest adulator: sꝫ deest veritatis a mator. non deest seruus fraudator: sed deest rectus cõsi liator. Taceo septẽ illa funestissima vitia: q̃ pallatinos regũq; officiales infallibiliter comitanť. primũ quidẽ Septem auditorũ vitia.

bonoꝝ:dignitatūq; ambitio est. Nā teste Cicerōe. Difficile est potestatē cupienti seruare equitatē. & sequitur Facillime impellit̄ ad res iniustas qui fauoris & glorie cupidus est locus enim aule lubricus est. Secundo: regios fauores sequētib⁹ mēdosa & seductoria adulatio familiarissima est. Habet enī: vt inquit Policratus: curialiuȝ adulatio comites doluȝ. fraudem proditionē: mēdacium. Hic est ille liquor olei fedissimus: quo curiales vngūt caput regis vt eū decipiant: q̄ ad eos cū sancto rege Dauid dicere debet. Oleū peccatoris nō impinguet caput meū Ab his iniq̄ssimis adulatorib⁹ laudat̄ peccator in desyderijs suis. Tertiū vitiū: regis domesticos comitatur: videlicet feda atq; improba muneruȝ receptio Que: vt scriptura ait: excecant sapientes & subuertunt verba iustoruȝ. Sine his certe quotidianis distributiōibus q̄ principi assistūt: qui rerū suarū curā gerūt vix viuere possunt. nā teste Seneca. Ueluti canes acerrimi nō nisi oblato cibo mansuescūt. Nec aliter palatini quēq; audire: min⁹ exaudire volūt q̄nimo: teste Plinio: veluti sunt quidā homines facinātes voce: alij qui vidēdo interimunt: maxime quos irati cōspiciunt. sic palatini fascinantur pestilentius quos intuentur. Hi enim ad se venientes nō modo loquendo: sed vacuos videndo iterimūt Unde policratus ait: Quia curiales & medici in eo conueniunt: quia vendunt verba sua: prope aliquādo precium recipiunt vt taceant Miruȝ prodigiosumq; hominū genus: i ceteris vite modis quidā operas: nūq; vero verba ipsa vendunt. Hi etiā silētiū alij vendunt: quod ē in rerū natura. hi quod nihil est: magno: distrahūt precio. Et vt paucis agā palatini libera illa atq; gratuita sensuū corporaliū officia. Aliq̄n etiaȝ vt illa non exerceant vēdunt.: vt si te lete vident: aut grate audiūt vel loquūtur e vestigio vero si te toruo gestu conspiciūt vel audiūt aut non loquantur. cogeris miser vtroq; cūtu ppiare: vt vel augeas fauoris affectum vel tollas amoris defectū. Adde q̄rtū Palatini vitium vȝ improbam officioꝝ venditionem. de qua Policrat⁹ ait. Improbitas curialiū eo vsq; innotuit vt de testimonio conscientie: de ve-

Policrat⁹

nustate moruz:de odore opinionis.de sinceritate cause de torrente eloquentie.nisi p̄tio interueniente quis fru stra confidat. Secundum illud Ouidij. Ipse licet veni- as musis comitat⁹ homere. Si nihil attuleris ibi home re foras. Quintū Aulistarum vitium nō est ceteris fune sti⁹.simulata videlz amicitie fictio. Fingūt se palatini mul tos amare.q̄ oēs odiūt.q cū fctō op⁹ est.facile cōperies. Nam vt ait iuuenalis. Quantum quisqz sua numoruz seruat in arca: Tantū habz et fidei. Hic Tullius. Uere amicitie difficillime reperiūtur in his qui i honoribus versantur.et Seneca. Errat qui in aula querit amicum. Sextum palatinorum vitiū his proximum est. videlicz exquisita machinatio ad extorquēdum.et pauperes expo- liandū.inueniunt nāqz qui principibus assistunt. pluri mas extorquēdi vias. Quos Hie. asserit crudeliores es se leonibus et lincibus:qui licet ore rabido deuorant:tā diu tamen memoriam depredandi non perdunt. q̄diu venter est vacuus.vbi vero pasta est sanguine seueritas cum saturitate succedit obliuio. Septimuz palatinorū vitium:est comessationum.libidinum et voluptatum va catio. Quos signat Esaias.qui ɔsurgūt mane ad ebrie tatem sectandam:et potentes sunt ad bibenduz vinum. et fortes ad miscēdum ebrietatē.de nocte diem faciūt:et nocte vigilant. Hos dicit Seneca vomere vt edāt: quo ruz palatus non nisi ad pretiosas escas excitatur. vt tā dē venter vino estuās:vacet libidini. Agam ergo finez et dicam cuz Bernardo:ad eos qui regū amicitias sequū tur. Tu in curia principū sedes:cum diuitibus in occul tis:vt interficias innocētē. Deniqz insidiaris vt rapias pauperē:ibi dextera tua repleta est muneribus.ibi res pauperum violenter rapiūtur ibi laudat peccator i de syderijs anime sue.et iniquus bn̄dicitur.ibi laudas qđ non debes:operaris quod nō licet.loqueris quod non decet. Hec igitur studia:hi mores:he artes officialium regum.hec exercitia palatinorum et eoꝝ qui regum fa- uores et amicitias sequūtur hac igitur lege ascēde si pla cet:ad tantam potentiam. aut ad tantam dementiam. An verus honor acquiratur in curijs reguz et principū.

Ouidi⁹.

Tulli⁹.

Seneca.

¶ Rursus auiditas forte cōsequēdi honores: te trahet ad regum amicitias appetēdas. Dices eni honorē esse de genere bonoꝝ. ꝛ teste tuo philosopho. p se ab honestis viris expetendū fore: qui nō nisi ex principum amicitijs puenire solet. veluti in quibus ꝛ ex quibus cunctarum dignitatum: bonorū cumulus residet atq; depēdet. sed ad ceteros deriuatur. Ad q̄ ego paucis respōdebo: Crede itaq; mihi fili mi: q teste tuo Cicerone. Homo qui summa vanitate versat: nullam effigiē vere virtutis sed vmbrā sectatur. Est enim honor ipse ꝛ gloria: solida q̄dam res: ꝛ expressa: non obūbrata: Ille eñ verus est honor. Illa vere laudis ꝛ fame gloria: q̄ ex meritis ac virtute cōstat. Plerūq; eñ his qui aurā fauoris principū sectantur familiaris est glorie vanitas. quinimo nōnūq̄ vitioꝝ laudatrix est fama popularis vnde Socrates vt inquit Valerius eos honorem verum consequi posse ait. quid id agunt; vt quales videri cupiūt: tales ipsi essent. Prudens enim vir vt inquit Bernardus Laboris sui fructum non in honore non in fama: quam multi sepe falso acquirunt sed in conscientia ponit. Hinc Augustinus: conscientiam attendere nos iubet. non quidē honoris famā. Hic eñ falli potest: cōscientia nūq̄. Rursus nec dignitatū maximaꝝ culmie letari recte possunt qui regum amicitias ꝛ fauores queritāt. Dign tas enī vt inquit Tullius: honesta: cultu ac virtute ꝛ honore digna est. Autoritas q̄ cuz laude puenit. non dignitas sed dignitatis vsurpatio appellanda est. Hinc Boeti⁹ Nūq̄ virtutibus ex dignitatibus honor accedit: sed potius ex virtute dignitati honor accrescit. Nā collata in probis dignitas: nō modo efficit idignos: sed pdit potius ꝛ ostendit. Accedit quis regiā vmbrā sequētes plerūq; nō virtute: sed vitio nō merito: sed pretio nō electione: sed adulatione dignitatis assequūtur. Quare ex eis honorē verū eos cōsequi nō posse: plucidum est.

¶ Caput quintū de nobilitate generis ꝛ scientie ac morū: ꝛ quomodo ortum habuit. ꝛ an a regū ꝛ principum sola voluntate ꝛ concessione recte aquiratur nobilitas

Lurimũ falluntur qui generis claritatẽ quã nobilitatem vocamus ex sola principum amicitia. fauore aut largitate querunt. pro cuius rei apertiori cognitiõe aliqua ꝺ nobilitate non satis a modernis tacta: breuius ꝙ rei magnitudo exposcit disseremus. In primis igitur pretermittemus de illa nobilitate dicere quã theologicaꝫ aut supernaturalẽ vocãt. qua ꝗs dei grã acceptus est illi: sed nec de naturali nobilitate tãgemus: qua aut liber: aut ingenio vel intellectu callens nobilis appellatur. Agemus itaqꝫ de ea carnis nobilitate: qua quis vltra plebeos homies digniõr acceptior: atqꝫ honorabilior reputatur. quam nonnulli nobilitatẽ politicam appellant. Inquiremus igitur primo quid sit ea carnis nobilitas. Demum quando quomodo: ꝛ per que et qualia media adquiratᷣ. Omissis itaqꝫ plurimis que i ea re adduci possent satis est nobis Aristotelis amplecti sententiam. Is enim in rhetoricis nobilitatem idem esse voluit. quod virtus generis. Ex eo quidem appellamus quosdam nobiles: quia ex honorabili genere ortum trahunt. Genus vero ea ratione honorabile dicitur. quia ab antiquo multi ex ea progenie insignes: ꝛ honorati viri processerunt Et vt agamus breuius ingenuitas ista politica quam: vulgus nobilitatem appellat: nihil aliud forte creditur ꝙ ex aliquo antiquo genere ꝛ honorata prosapia processisse. in qua ab antiquo plurimi euasere insignes ꝛ honorati viri aut in principando vel presidendo. aut alios publicos ꝛ honestos actus vel principis iussu vel populi assensu exercendo. Nec huic sententie idem Philosophus contradicere videtur: cui noster Seneca satis assentit hi enim nobilitatem antiquas das dicunt esse diuitias. quod putamus ideo dictũ esse quia ꝭm communem hominum opinioneꝫ omnia mensurantur numismate: vt verum sit quod sapiẽs ait quia Pecunie obediunt omnia quo fit vt pecunia ipsa pretium esse videatur cuiusqꝫ rei Ex hoc enim ꝙ aliqui sũt diuites. facile reputantur digni ad principandum: seu in populis presidendum. Ex eoipso creduntur esse insi-

gnes et honore digni. Ex qua re noluit eundem Philosophum et sapientes dicere nobilitatem esse antiquatas diuitias. Non utique ut sole antique diuitie simpliciter nobilitatem pariant. Sed: ut idem Philosophus in quinto Politicorum ait: exigitur quod simul cum diuitijs assistant progenitorum virtus et merita: eo modo quo diximus. Sunt itaque diuitie non formaliter inducentes claritudinem generis: sed instrumentaliter tanquam signum nobilitatis. Sed nec alio mysterio vacat: quod ipse Philosophus et Sapientes nobilitatem antiquatas diuitias dixerunt. ut videlicet recentes diuitias ad nobilitatem causandam minime sufficere demonstrarent. Cuius causam idem Philosophus in Rhetoricis pulcre assignat. Ait enim quia nuper ditatum esse: est quedam ineruditio diuitiarum. Ea de re Philosophus ipse tales nuper ditatos: fortunatos: insensatos recte vocat. Recenter enim ditati: nesciunt formare: nec dirigere bona fortune ad opera virtuosa. sicut antiquitus ditati qui insignes fuerunt atque diuitijs et potentia: et alijs bonis fortune virtuose et temperate vsi sunt nolentes a suis degenerare progenitoribus. Ex quo illud apertissimum videtur: quia nuper ditati non recte nobiles dici possunt: pro eo quod non ex insigni genere: nec ex antiquis diuitibus virtuose operantibus processere. Et simili modo aliqui recte nobiles esse possunt qui ex nobili antiqua prosapia sunt geniti: licet ex aliquo infortunio. non sint diuites. sicut illi qui nuper ditati sunt. Sed predictis philosophorum sententijs: pulcrum est sacrarum scripturarum testimonia addere: a quibus omnis sapientia deriuata est. Illud enim primo roborat Rex et propheta dauid: Nam patrum merita posteros nobilitare asserit: cum ait. Potens in terra erit semen eius. Et statim subijcit. Gloria et diuitie in domo eius: idest posteritate. quasi dixerit. Quia ob parentum preclara gesta: semen eius acquirit potentiam et gloriam nobilitatis: sed et diuitias: que simul precipua sunt fundamenta: et partes substantiales nobilitatis generis: ut prediximus. Rursus scribitur in ecclesiastico. Deus honorat patrem in filios. Et

Diuitie sunt signa nobilitatis

Omnis sapientia a sacris literis deriuatur.

Sacre litere etiam de nobilitate faciunt mentionem.

addit benedictio patris firmat domos filiorum. idest merita clara parentum quibus benedicuntur: commendantur ac honorantur. firmantque filios in vera nobilitate carnis. Et sequitur in expresso. Gloria enim hominis ex honore parentum: et dedecus filij: pater sine honore. Que pulcra sententia insinuat gloriam nobilitatis; quam maxime pendere ex parentum honore: veluti econtrario; ignobilitas et dedecus filios sequitur si illorum patres insignes et minime honorati fuerint. Et hoc iterum idem Sapiens confirmat cum subijcit: Gloria diuitum honoratorum apprehendet et filios: videlicet in gloria nobilitatis. Liquido igitur demonstratur: quia veram carnis nobilitatem: non sole diuitie generant: quia scriptum est. Non magnificauit virum peccatorem diuitem. Itaque virtus merita et preclara parentum gesta: que eos insignes et honorabiles reddiderunt. veram carnis ingenuitatem ad posteros transmittunt: Sed et positiua iura: ea que dicta sunt quam maxime confirmant. veluti que si recta iura sunt a diuino iure moralique et politica doctrina: discrepare minime conuenit. Habent enim nobilitatem ex tribus confici. Natalium antiquitate: honoribus: et Diuitijs licet diuerso modo vt prediximus: que omnia vt notissima pertranseo. Ex quibus liquido intueri vnusquisque potest: quod non recte dici possit: principes sua voluntate eos efficere posse nobiles: qui ex plebeis orti sunt parentibus. Requisitus quadam die atque plurimum lacessitus Sigismundus. Cesar a quodam plebeio sibi admodum dilecto vt illum nobilem faceret: non insulse: sed docte simul et facete Respondit. Diuitem inquit aut exemptum te facere possum. nobilem vero minime vt antiquatas diuitias. longeuamque ingenuitatem. non recentem principis gratiam: veros efficere nobiles demonstraret: qui plerumque nulla obsistente virtutis ac probitatis causa: plurimos claros fecisse arbitrantur: quos potius exemptos quam ingenuos dixerim. Politica igitur atque ista vulgata generis claritatis: non alieno priuilegio; sed priscorum probitate et virtutis opere com-

paratur que quanto antiquior: tanto nobilior et ma-
gis relucet a parentibus relicta quam a principe sine vir-
tute donata. Sed teste philosopho: ideo nobilitas in
antiquitate laudatur quia in eis antiqua fuit virtus.
Nec propterea illud nego. quia nobilitas carnis tem-
pore incipit: et tempore desinit. Et veluti incipit probi-
tate parentum cessat et vitijs successorum. adeo vt ple-
ramque claritatem: quam longa tempora produxerunt: vna
dies perimat. De quibus recte dici posset: quia cum se
nobiles fingunt: tunc tales esse desinunt. Fateor etiam plu
rimos fore qui strenuitate virtute opera in rempublicam
collata: meruerunt. vt nobiles sint cum fiunt: non cum
nascuntur. Quibus et si priscorum suorum clara faci-
nora desint: iuuat propria strennuitas et propria virtus.
Quia vt aiunt nesciunt cur nobilitatis actus magis
inuitet aliena quam sua probitas. aut potius moueant de
functorum quam viuorum: presentiumque exempla. vt in oc-
tauo capite in fine dicemus. Sed certe tales verius
nobiles esse incipere quam pleneperfecteque claros esse dixe-
rim. ¶ Putarunt ergo ex premissis plerique sapientes non
insulse Cesarem aut regem plebeum hominem: verum
nobilem facere non posse: cum nobilitas ipsa carnis a
progenitoribus naturaliter in posteros procedere videa
tur. Idque in ecclesiastico Sapiens affirmare videtur.
Ait enim quasi in eodem casu dixerit. Noli querere ab
homine dignitatem: nec a rege honorem: scilicet nobi-
litatis et claritatis Accedit ad hoc. quia constat princi
pem mutare non posse nature cursum nec nostrum affir
mare aut negare aliquid mutat in re ipsa Putamus tamen
distinguendum. Nam si loquimur de nobilitate ad proge-
nitores relata: qui natus aliquis est de non nobili paren
tela: planum fore credimus talem impossibile fore per prin
cipem nobilem fieri posse. tanquam ex nobili prosapia: cum
illa presupponat iam diu factam esse: nec fieri modo potest
Cum vero loquimur de nobilitate ad seipsum relata:
tunc putamus regem aut principem nobiles facere posse
Nam creabit eum militem. demum decorabit eum prefectu-
ra vel dignitate. Quo casu posteros quoque nobilitabit. ipse

Nobilitas potest desinire.

Nobiles quidam fiunt qui non nascuntur.

An cesar possit facere nobilem

vero nobilis esse incipiet: qui ignobilis esse desijt. Itaq; honor illius auctus est: sed conditio non mutatur. Habebitq; quādā nobilitatis imaginem: tñ quo ad vulgi opinionem. aut plebeus manebit: aut preterite ignobilitatis vestigia non vsq;quaq; cessabunt. Quā quidem opinionem princeps mutare aut delere nequaq; potest. Nec obstare videt quod dici pōt. quia talis nobilitas p principē ex mera gratia cōcedentis indulget. non quidem ex meritis: aut antiqua prosapia parentū. quia diximus. licet ea nobilitas ex voluntate dependeat concedentis: terminatur tamen in illius personam qui debet nobilis effici. Incipit ergo a progenitoribus: quare talem appellare solemus nobilem factum non natum.

Caput sextū de multiplici nobilitate: ⁊ an sola generis nobilitas i deferendis honoribus et premijs: preferatur strēnuitati: aut sc͡ientie vel virtuti hominis ignobilis generis.

Nobilitas igitur generis dum vim atq; naturā inquirim⁹: pulcrum erit vt id inuestigemus in quo plurimorum oberrarunt ingenia. sepe quidem non ab re etiam sapientes ipsi dubitarunt: que nam harum nobilitatum alteri in huius seculi assequēdis: aut promerendis honoribus: seu deferēdis premijs preferatur: an ea que solum ex genere hominibus prouenit. an altera ex virtutibus: sciētia ⁊ meritis ē comparata. Quid enim si quis in armis strēnuus: fortis: prudens non tamen genere nobilis. cū alio cōcurrat qui genere: clarus est: sed obscurus meritis. Aut quid si sapiēs ignobilis cum nobili su p dignitate decertat: Quibusdam certe videtur nobilitati antiquati generis simpliciter deferendum. Primo ob suorum in remp. merita. Eo presertim: quia ius naturale nobili opitulari videtur. Constat enim ingenuitatem naturalem potiora iura obtinere: quauis accidentali nobilitate. Rursus: vt est Philosophi in. Ethicis sententia: nonnulli sunt virtutibus prediti: tamen nobilitate priuati. Facile enim reperiri libet rusticum: aut plebeum fortem: prudentem: animosum in his que ē

congruunt: principari tamē aut presidere nesciret. Denique non videtur nobilitatē perdi posse per vitia filiorū. Nam sapiens in ecclesiasten ait. a principe stultum positum in sublimi dignitate: ex quo innuit nobilē esse lz stultum. Demū eam partem phūs tueri videt: que in politicis ait ingenuitatē clari generis esse opus laudabile Constat enī ex operibus laude dignis deberi honoris premiū z reuerentiā. Postremo phūs ipse z alij sapientes nobilitatē ipsam antiquatas diuitias diffinierunt: nec alijs virtutis amminiculis opus esse. Econtra quibusdam videtur ignobilem progenie: tamen actu strenuum: fortem z prudentem: z longe fortius sapientē: nobili generis preferendū. Ut enī ait Laureatus petrarcha. z ab ipo sapiēte didicit: quāto sit nobilior rusticus vir fortis: q̄ ignauus ignobilis. Illud nobis aperte demonstrat: si mente pēsamus: quanto sit melius nobilitatem fundare q̄ euertere. Sed z qui eā partē tuent aiūt: quia iuxta philosophū in Politicis. dignitas z honor ad quā nobilitas ordinat: precipue distribui debet s̄m proportionē z excessum bonoz aīe: non s̄m excessum bonorum corporis. Cuius causam idem Aristoteles in primo Politicoz assignat. videlicet q2 talibus bonis corporis z fortune cōtingit male z bene vti. Quo fit: vt nō recte in eis vera possit locari nobilitas: licet organice talia bona eam ipsam ingenuitatē condecorent. Si enī in exterioribus fortune bonis nobilitas cōsisteret: tunc quanto ditior quis foret: tanto esset nobilior: qd̄ asserere nihil aliud est: q̄ illā falsam sed facetā cuiusdā mulieris amplecti opinionē: quā philosophus i rhetoricis refert. Q2 cum interrogaretur an optaret filiū sapientē vel diuitē. Illa respōdebit: optimā certe fore sapientiā. videbat tn̄ sapiētes ipos diuitū ianuas frequētare z nō ecōtra. Cū igit nobilitas inter extriseca bona cōputet constat nullā ppter eā solā honorandū fore. Et hoc est qd̄ Aristoteles ipse subijcit: inquiens potius hoies honorandos esse ppter intriseca: q̄ extrinseca bona: adijciens quia nobilitas sola progenitorū non facit formaliter hoiem clarū. Adde q2 felicitas ad quē ois hūanus

In bonis corporis z fortune nō cōsistit nobilitas.

Facetia mulieris ab aristotele recitata.

animus suspirat: nequaquã consistit in his exterioꝛib⁹ bonis: nobilitatẽ vero nemo negabit esse aliquid felicitatis. qđ ipse Philosophus testatᷣ inquiens: nobiles gene fortunatos ꝛ felices dici. Rursus eam partez roboꝛare videtᷣ naturalis ratio Si eñ genere nobilis tñ vitiosus Plusq̃ virtuosus ignobilis honoꝛaretur: absurdũ ad modũ sequeretur: videlicet ꝙ vitia pmiarẽtur dignaq̃ honoꝛe foꝛent ꝛ virtutes pellerentᷣ: Quod Aristoteles in politicis damnat dum regulam tradidit: neminẽ debeti honoꝛari nisi secundũ excessũ virtutuz: que sũt bona anime. vt pꝛediximus. Deniq̃ ipsa scientia homines nobilitat vt iura clamant. Hinc lex ciuilis habet Vulpianus iurisconsultus recte nobilis appellatur nõ quidem pꝛopter genus: sed pꝛopter scientiam et abundantiam meritoꝛum. Faciunt plurimũ ꝑ hac parte pꝛeclara Salustij verba. de quibus statim i fine octaui capitis. Valida certe vtrinq̃ iacula emittuntur dubiam ꝙ admodum atq̃ ancipitem controuersiam agunt pꝛo qua diluenda et veritate elicienda: longa discussione opus esset. Nõnulli eñ sibi scioli quedã dixerunt: quorũ pꝛincipia ignoꝛare vidẽtur dum solum nudas theoꝛicas iuris sequũtur Ego vero fateoꝛ me ignoꝛare cuz eis ipsam tamẽ ignoꝛantiam explicando. putarem recte dici posse: nobilem antiqui generis simpliciter pferenduz ignobili: equalibus ambobus: scientia: aut meritis existentibus. Pꝛimo: quia nobilis gradum gradui adijcit vt iura testantur Si vero esset inequalitas non arbitroꝛ habendã esse rationẽ nobilitatis. Tãta eni posset eẽ hui⁹ ignobilis strẽnuitas ꝛ meritoꝛuz pꝛogatiua: ꝛ alterius nobilis tantus vitioꝛuz excessus: ꝙ scđm oim opinionem ignobilis merito deberet anteferri. Pꝛimum ipsa lex pꝛobat. Ait enim quia licet qui meritis ꝛ laboꝛe vicit: pꝛemio quoq̃ ꝛ honoꝛe vincere debet tamen quia pꝛoximis sacroꝝ scrinioꝛũ genitus repitur: facili⁹ antefertur ꝛ ita consuetudo obtinet. Et in hoc residere videntur nonnulle positiones iuristaruz. Licet igitur huiusmodi positio scđm psentem iustitiam vera credatur. eam tamen insufficientem nimisq̃ generalem dixerim

Qui vere sint honorandi

Scia nobilitat.

Opinio

Qua de re arbitror intelligendã fore: quẽadmodũ phs in Politicis subtilius explicat. Quid eñi si nobilis et ignobilis: virtutis et scientie equalia sint merita: tamẽ in eo actu aut honore de quo agitur: ignobilis nobilez excederet. Pone enim inquit philosophus: vtrũqꝫ concurrere ad officium fistulandi: aut cytharisandi: nemo sane mẽtis diceret nobilẽ: qꝛ talem ignobili in ea re tritorꝰ preferendũ. Nec aliter in honoribus principãdi aut presidendi si ignobilis ad eum actũ aptior putatur ẜm virtutẽ: licet a nobili nedũ nobilitate carnis: sed in quibusdam alijs meritis excedatur. tamẽ recte quo ad illũ actum preferendus est ignobilis. Cui sententie nõnulli iuris diuini et humani interp̃tes annuere videnť. Aiunt enim aliqñ nobilitatẽ carnis preferendã scientie etiã in ecclesiasticis honoribus: cum per potentiã nobilium rebelles arcẽtur: qui pacẽ perturbant. Nã tales nobiles longe facilius ecclesiã tueri valent: qꝛ vt aiunt Resp. ecclesiastica non tantũ indiget oculo doctrine: sed et manu: vt luporũ rabies cõprimatur. Ubi tñ scientia ad hereses extirpãdas opus esset: preferreť sapiẽs: quo sensu intelligenda sunt sacrorũ canonũ decreta: et sanctorũ dicta doctorũ: presertim Hieronymi dicẽtis. Non sanguini sed vite et doctrine honores distribuẽdos. Sz et illud videlicet: cum scientia hominem nobilitet atqꝫ illustret: merito tanqꝫ pretiosius et nobilius bonũ similiter preferendum credatur carnis nobilitati tanqꝫ bono corporis. itaqꝫ vtraqꝫ nobilitas: excedit et exceditur ẜm equalitatem aut inequalitatẽ meritorũ: et naturam actus in quẽ concurrunt. idqꝫ paucis: sed sapientibꝰ verbis Gregorius dicere videtur in Pastorali: cũ ait. Quis nescit in natura gẽmarũ carbũculus hyacintho prefertur: tamen rubei coloris hyacinthꝰ preferť pallẽti carbũculo. Quia et illi: qđ ordo nature subtrahit: species coloris adiungit: et hunc quem naturalis ordo pretulit: coloris qualitas defert. Sic itaqꝫ intelligenda sunt que in oppositũ adducunť: illa presertim que in ecclesiastico habentur: dicebã inquit meliorẽ esse sapientiã qꝫ vires. Et rursus. quomodo sapientia pauperis est contẽpta. Ex

quibus facile ad vtrasq rationes respondere libet: ad eas presertim que concludere videtur: qr si natus nobilis: tn vitiosus ignobili virtuoso preferretur: tunc laudaretur atq honoraret vitiu. Quia dicimus eos no honorandos tanq formaliter bonos z virtute preditos: sed tanq bonos instrumetaliter: et vt signuz bonitatis: veluti comendamus vrina sui natura fetida represe ntatione: qr signat bonitate idest corporis sanitatem.

¶ Caput septimu de laudibus: preconijs z comedatione nobilitatis generis: et de illius virtutib' z vtilitate.

Onsuetu igitur ordine sequentes: post premissa que de nobilitate adduximus: afferenda sunt breui sermone paucula ex multis: laudu preconia prerogatiue: z excellétie nobilitatis humane: z illico eiusde vanitates: incomoda: dana z pericula: afflictiones z erune succincte recesenda. Et q̄q ex his que paulo ante tetigimus: facile libet attingere quata sit huius igenuitatis excellentia: quatavis ex his maxime que illico subijciemus. eiusde nobilitatis splendor z gloria vberius resultabit: nec certe est illa pclarissima gema: humane nature diuinitus missa: qua: vt cetera tacea: homo no a casu no fortuitu: non deniq ab accidéti: sed ab ipsa rerum natura dignior z excellentior habet. Cetere quide humane dignitates: honores: ceteraq bona hoies subsequunt: nec vo generosa nobilitas vna cum hoie concipitur. quippe ante ab ipsa lustratur q̄ a parétibus nascatur. Qd sanctus patriarcha iob: perpulcre demonstrat cu ait. Gloria eorum a partu: ac ab vtero z conceptu honor illius. Hinc in ecclesiastico sapiés ait. Gloria hois ex honore patris. Et licet teste propheta. Mortales homines natalibus equales sumus: veluti filij excelsi oés: adeo vt vnus fons omniu sit: ipsa tamen generosa nobilitas alios alijs prefert. Et iuxta apostolu. Uelut stella differunt a stella. Sic gloriosa ingenuitas hominem discernit ab homine: ne pari laude aut honoris premio perfruantur: qui inequali virtutum et generis claritate illustrantur. Quis enim alti se[...]inis propagine nega[...]

suam nobilitare posteritatem: quam potius exaltat si-
cut vilis & abiectus a sua vilescit. Unde quidam ex sa-
pientibus in versu dicebat Nobilitas hominis est mens
Versus deitatis imago. Nobilitas hominis virtutum clara p
pago. Nobilitas hominis humilem reuelare iacentem
Nobilitas hominis: mentem frenare furētem. Nobili
tas hominis est turpia nulla timere. Nobilitas homi-
Nobilium nis nature iura tenere. ¶ Denique vt in rhetoricis philo
sex conditiones. sopho placuit: nobilitati omnes pene virtutes famulā-
tur: ad quas ipsa natura parens peculiarius ceteris no
biles ipsos inclinat. Primo quidem humiles & mansue
ti nobiles existunt. elationem fugiūt. pro eo maxime. qr
eorum progenitores potentia & diuitijs: recte & modera
te vsi fuere. quo fit: vt non facile superbia inflentur: quē
admodum qui nuper atque recenter ditati sunt. Secun-
do nobilitati deseruit magnanimitas: que res agit vt
contumeliosi minime existant. Hi enim cum ad magna
suspirent: parua iniuria nusquam commouentur. parcunt i
dulgent. sufferunt tanto facilius imbecillibus quanto
resistunt fortius superbis. Tertio nobilitatem conciliat
temperantia. Sunt enim nobiles vt plurimum in rei-
pub. cura occupati: ea de re assueti sunt temperate viue-
re. Quarto: nobilitas est plurimū honoratiua: nec alio
rum despectiua. Non enim reputant nobiles alia bona
nisi anime: quare virtuti deditos non despiciunt. Quin
to nobilitatem ipsam prudentia & industria comitatur.
subtiliter enim generosi inuestigant: quid eos agere
oporteat. Quoniam plurimi illorum opera intuentur
& quicquid agant: qualiter que domi viuant. quid tene-
ant: vicini omnes nouerunt & velut exploratores eorū
sunt constituti. Quo fit: vt solliciti: intenti: prudentes
& cuncta prouidentes existant. Sexto nobilitas effabi
lis est & plurimum curialis. Communiter enim versan-
tur in regum domibus & principum curijs. sicut e vesti-
gio rustici tanquam solitarij rudes & siluestres in campis
viuitant. Et ob eam rem vt Philosopho placuit nequa
quam sunt bene conuersatiui. Postremo nobilitas ipsa nō
solum viuentibus: sed & morientibus laudes & preco

nia parit.nec modo nascendo queritur: ꝛ viuendo conseruatur. Quinimo sepe etiam quod mirabile est moriē do augetur. idq̄ gloriosus ille Machabeorum Dux nō negauit de quo scriptura ait qꝛ eligit nobiliter mori: potius q̄ subditū esse peccantibus.

Caput octauū de vanitate nobilitatis humane ꝛ de vitijs que eam comitantur. ꝛ de plurimis excessibus nobilium. ꝛ de falsa nominatione nobilitatis. ꝛ de illius ī commodis; laboribus ꝛ periculis.

Cogit iam aduersantiuꝫ turba. vt huius tā laudate ac caduce: sed ꝛ inanis carnis nobilitatis vanitatem. ignauiam. inconstantiaꝫ ceteraq̄ incōmoda afflictiones erūnas ꝛ pericula. Paucula ex multis attingamus. ī primis itaq̄ illud vellem: semper cunctis mortalibus menti defixum esse: quod vnus ex sapientibus ait. Quia si humane nature ob scenam fabricam ac turpem materiam conspicimus. de terrene carnis nobilitate disputare nil aliud videbatur: q̄ de stercoris aut luti claritate certare. Unde apud Machabeos scribitur. Gloria eorum stercus ꝛ vermis. Quod ꝛ Esaias non ignorauit: cum ait. Magistratus ꝛ honor illius quasi lutuꝫ. quid enim superbit terra ꝛ cinis. Unde Chrysostomus: Uana est nobilitas carnis infructuosa ꝛ pudorosa atq̄ nociua: nisi comitetur virtus. Et Boetius q̄ inquit inane ꝛ q̄ fictile nobilitatis nomen: quis non videat? Quare splendidum te: si tuam non habeas aliena claritudo non efficit Et Apuleius in honoribus inquit assequendis: noli aliena appetere. Aliena voco: que parentes pepererunt: cum ridiculosa iactantia sit de alieno gloriari. Et poeta Petrarcha laureatus ait. Sicut posterorum macule parentibus non obsunt. Sic nec maiorum splendor descendentes illustrat. Unde ad quendam dicebat. Mallem per teipsum alij: q̄ tu per alios noscereris Et subdit quia mira res est id videri cupere: quod non sunt. Fures: adulteri. tenebras querunt: sola hec vana. Et falsa nobilitas; licet vitijs obte-

nebrata:lucem querit: agnosci appetit:cui sanum esset consilium nesciri. Qui ergo veri nobiles esse cupiũt: aliquid agãt vt sint nobiles:qr ꝛ maiores sui nisi aliquid preclarũ egissent:nunꝗ̃ nobiles fuissent. Demũ vt Hieronymus ait. Nihil aliud video in generis nobilitate appetendũ: nisi ꝙ appellati homines quadã necessitate constringuntur: ne a progenitorũ probitate degenerent. Quis tamẽ non videt plurimos filios a suorũ claritate degenerasse. Quippe: qui quãto patres fuere clariores:tanto ipsi euasere obscuriores. vt tot labores filij perpeti videantur in sectãdis vitijs:quot patres eorꝫ in sectandis virtutibus:tot denicꝫ studia:solertias: filij in perdẽda nobilitate impẽdãt: quot illi in acquirẽda habuere: idcꝫ vt q̃dã sapiẽs ait:in Aphricani filio libet intueri:q̃ licet ex patre clarissimo genitus:plurimis vitijs sorduit. et si nobilitas per manus tradi potuisset: clarissimũ illum Aphricanus pater effecisset. Uerũ illũ pater potuit amare:sed non potuit illustrare:hereditatemcꝫ vniuersam locupletẽ que sua erat ei in testamẽto reliquit claritudinẽ dimisisse non valuit. Que res apertissime probat:qr aut nobilitas ipa nihil omnino erat: aut pater qui omnia reliquit:eam in bonis suis nõ habebat. Falso igitur asseueratur nobilitatẽ a parentibus suscepisse:quã ipsi libenter dimisissent:si valuissent aut habuissent. Omnis successio etiam vilissimarũ rerũ:iudicio testatoris accipitur. sola nobilitas sua voluntate non trãsmittitur. O quot patres infinitã sue lucis eclipsim in filijs patiũtur vt verum sit quod scribitur: quia dant maculam glorie parentũ. Demũ quantum discrimini:quantum periculo proximũ sit:inconstanti ꝛ volubili rei animũ dare:nemo est qui nesciat. Uolubilis enim atcꝫ inconstãs est hec nobilitas ꝛ omni mobilitate mobilior. Qui enim heri arabat:hodie militat: ꝛ qui heri per vrbes medias:aureis habenis superbꝰ incedere populoscꝫ regere solebat. hodie per squalentẽ campum pigros boues paruo pugione sollicitat. Seruorũ filios in solio sepe vidimus:et filios regũ in ergastulis. Quid ergo instabilius; quid variabilius; quare nobilitatis

Nobilitas a parẽtibus trãsferri non potest.

Nobilitatis inconstantia.

assentatoribus minime assentiendū puto Aiunt enim: pro eo eamipsam ingenuitatem:magni fore pretij: et qz naturaliter hominibus inest. Ego vero non satis video quo pacto verum dixerint:quod ex eo primo patet:quia tunc omnes homines nobiles essent. Adde: quia ea vere naturalia sunt:que semper et vbiqz insunt: vt philosopho placuit: Nobilitas ꝟo tam volubilis est:vt mulier que heri clara fuit:hodie sine eius culpa:immo recte:et sancte agens:si plebeo nupserit ignobilis efficiatur. Et idem in eo qui propter delictum nobilitatem perdit. Quo fiet vt aliqua temporis parte:infelix homo sit nobilis:et alia ignobilis et e vestigio. Rursus nec omni loco nobilitas inest. Saracenus eniz nobilis a nobis captus:proculdubio ignobilis erit: quia seruus effectus. Et simili modo:si catholicus ab infidelibus capiatur. Deniqz idipsum et in milite cōspicimus. Non enim militia vbiqz et vniformiter nobilitatem efficit. Nam cum de equestri dignitate:leges et ciuilia iura loquuntur:solum milites vrbis Rome nobiles appellat. Habent deniqz nobiles quedam peculiaria:sibiqz naturalia: forte dixerim indelibilia vitia. Ad que teste Philosopho in rhetoricis:q̄maxime natura ipsa inclinatur:ipsi tamen actualiter operantur. Primo quidem nobiles plurimum sunt honoris appetitiui et ambitiosi. Est enim: vt Aristoteles ait:naturale homines accumulare velle ad id quod habent:quare dum ditari incipiunt: indies volunt fieri ditiores:et qui honorātur:cupiunt effici honorabiliores. Nobiles ꝟo cum ex eoꝝ genere honorabiles videant:idcirco peroptāt accumulare ad ea que habent:conāturqz fieri honorabiliores. Quo fit vt nimiū honoris et potentie sint appetitiui veluti ad id proximiores. Secūdo:vituperabile admodū vitium et mōstro simile:nobiles ipsi naturaliter amplectuntur. Sunt eñi eodem philosopho teste:adeo elati:vt etiam progenitorum sint vtplurimum despectores. Cuius ratio ea putatur:quoniam se reputant nobiliores atqz maiores q̄ eorum patres quod ideo contingit: quia vt idē Philosophus subdit:semper nobilitas longe facta maior est

Nobilitas naturaliter hominib' nō inest.

Nobilium quedaz vitia.

Alexãdri magni in patris laudes inuidia.

q̃ propinqua. Testis est huius detestandi facinoris nobilis ille Alexander magnus: qui rege Philippo et patre vitijs nescio si virtutibus maior extitit. De quo Policratus ait. Quia et si pater plurimis artib⁹: orbis imperij consequendi fundamenta iecisset: tantam gloriam filius ferre non valebat. Quinimmo tam incontinētissime fuit inuidie paterne glorie: vt cum patris triũphos: virtutes: preclaraq̃ gesta audiret: lacrimas pre dolore extorqueret: easq̃ despiciebat: forte dixerim minuebat: ac si paterna virtus omniũ a se gestorum gloriam eriperet. eos vero qui talia referebant: proprijs plerũq̃ manibus īterficiebat: aut rapi ad penas iubebat. Rursus parua sunt nobilium vitia que tetigimus: nisi alia eis familiarissima addideris. Primo quidem: deum et ecclesiam que illos regenerauit contēnunt: quibus cum nobilitatis iactura ipse cõminatur inquiens. Qui me contemnunt non erunt nobiles. Secundo. nullus est illis plerũq̃ in delinquendo pudor: nulla verecundia. Quippe qui falso putant se licentiam peccandi: cũ carnis ingenuitate impetrasse. Non attendētes quia iuxta Ambrosium: verecundia exercendi turpia: ingenuos et claros prodit natales: inuerecundia xͦo obscuros reddit: nec aliena virtus a proprijs facinoribus excusat. Hinc nobilis ille senator Boetius. Nescio inquit quo pacto ex se obscurum: aliena claritudo clarum reddat. Recte igitur Apuleius tales vocat sordida loca: sole illuminata: aut vmbras deformes. Et subdit: quia hi nobilitatē ipsam: que virtutis instrumentum constituta est: vt scutum vel castrum faciunt: quo cum ea licentius se flagitijs dedant atq̃ defendant. Tertio: ingratitudo et infidelitas plerũq̃ eos comitantur. Ut enim inquit canon. Nõ potest principi esse fidelis: qui deo est infidelis. Si igitur putantes se nobiles: deum cuius expensis viuũt diuersis peccatis offendunt recte ingrati quippe et proditores sunt: et merito vilissimi plebei censentur. Quarto cum verum nobilem faciat magnanimitas: qua quis bona corporis vt parua contemnit. et magna: videlicet

bona anime appetat:nobiles plerumq parua amplectuntur:et magna negligunt. Quinto: munifica liberalitas:que maxime nobilibus congruit: procul est ab eis. Nam cum beatius sit dare q̄ accipere: nobiles in eo se ingenuos et claros fore putant: si ab alijs extorquent:si rapiant:interrogatus quidam sapiens a nonnullis nobilibus:quenam foret verior maiorq nobilitas,ille indigentib' inquit munifice dare:cui illi acquieuerunt. Rursus sapiens ipse ad eos. dicite inquit versa vice:quam putatis viliorem ignobilitatem?Et illi oppositum inquiunt sententie tue. Cum enim summa sit nobilitas munifice dare: consequens erit vt summa sit rusticitas atq extrema ignobilitas auferre. Quibus sapiens. Uerum inquit et rectum in caput vestrum iudicium pronunciastis. Cum enim assiduo a pauperibus sua auferatis:viles et seruiles:sed et ignobiles vos ostenditis. Plurima certe detestanda sunt vitia nobilibus coniuncta atq vnita:que facilius ab eis committuntur q̄ scriptis quibuslibet referuntur. Et hec paucis verbis Hierony. explicabat inq̄ens. Plerūq nobilitas carnis: ignobilitatem parit mentis. Liquet igitur ex premissis quanta sit hominum vanitas: tanta vanitate vexari:si verum est quod scriptura ait. Quia in vanitate sua comprehenditur vir. Comprehenditur inq̄ homo in sua vanitate:dū plurimis sese periculis subijcit:vt vano: inani atq nudo nobilitatis nomine se putet decorari:quod in Deuteronomio scriptura luculenter insinuat inquiens. Non est sine periculo qui super re vana nomen assumsit. Quid enim vanius: quid funestius:q̄ de meritis parentū gloriari qui in se sordet. Quid de patrum laude predicari: qui a suis vitijs deturpatur?hinc pulcre Salustius in oratione ad Marium. Nam cum emuli: generis ignobilitatem ei obiecissent: in eos sic inuehit. De iure me inquit despiciunt: faciant idem maioribus suis: a quibus virtute ac preclaris gestis:nobilitas cepit. si inuident honori:inuideant & labori.inuideant innocētie: atq pericu

Que nobilitas verior.

lis meis. Et rursus. Uidete inquit quam inique contemnant quod eni sibi ex aliena virtute arrogant: id mihi ex me non concedunt. mihi noua nobilitas est: quam vt puto longe sanctius est peperisse: quam vt illos acceptam corrupisse. Et iterum subdit. Fateor: imagines non habeo: dicere tamen audeo. vita mea: mores hasta: vexillum: et alia militaria dona cicatrices. denique et vulnera illata corpori meo. Hec sunt mee imagines. hec ingenuitas. non hereditate relicta: sed laboribus: sed periculis meis acquisita. Hec ille. Hec paucula de nobilitate: que cum via quedam ad armatam militiam existat: ne tu fili charissime: qui militie inermi hucusque vacasti armatam a te nondum expertam tanque virtute carentem omnino despicias. Aut ad illam veluti summam gloriam et honore refertam: indeliberatus aspires. Expediens fore puto: vt huius militaris status et vite. primo dulcia et prospera. deinde amara et afflictiua agnoscas.

Caput nonum de armata militia et exercitio armorum. et de laudibus et commendatione huius exercitij. et an vacantes armis sint veri ciues et partes ciuitatis.

Plurima et laudata preclaraque exercitia: mortalium hominum adinuenit industria. Sed inter illa omnia: nihil armata militia excellentius nihil preclarius et gloriosius. Ea eni exercitatio: vtilitate: honore ceteris prestat. Per militiam siquidem et armorum exercitium reipu. quies atque salus queritur ac conseruatur. et ab omni hostili vastitate liberatur. Cuius exercitij laudes: vtilitatem primo ipsa humana indigentia demonstrat et extollit. vt enim antiqui voluerunt: militia recte manibus comparatur que nature imperio parata est ad corpus iuuandum. Sicut enim manus sunt in corpore naturaliter institute ad repellenda nociua: ad percutienda infestantia. ad attrahenda necessaria. et ad conseruanda alia membra corporum: illaque augenda. sic milites ad ista conficienda in rep. pernecessarij existunt. Unde Ualerius de necessitate ac

Militia manibus comparatur

profectu militie ait. Disciplina militaris acriter retenta: principatũ italie romano imperio peperit: multaruz vrbium: multorũ regnorum validissimarũ gentium: regimen largita est. ¶ Preterea sunt alie institutõis eius cause: ortus atq; necessaria principia: que illius necessitatem pclare ostẽdũt. Est eñ homo ipse imbecillis atq; natura infirmus: sibi ipsi nequaq̃ sufficiens: itaq; societate ⁊ conuictu hoibus opus est. vt quod seorsuz agentibus: singulis deesit: id per mutuã opem de multitudine socia nanciscant. Hunc cetum phũs in Politicis ciuitatem vocat: cuius vt Hypodanius scripsit: tres censuit partes fore necessarias. Primã quidem agricolaꝝ. Secundam artificũ. Tertiã propulsatorũ belli ⁊ arma tenẽtium. Qui ergo tam preclarũ militie ⁊ armoꝝ initiũ cernit: nusq̃ tam insigne exercitiũ damnabit. Nec eñ agricultores: sed nec artifices in ciuitate prestabũt: absq; propulsatoribus belli quorum opera: salus ciuitatis: cuncti deniq; status ⁊ ipsa sacra tuta sunt. Plato etiam in his quos de rep. scripsit libris: cum ceteros status in ciuitate instituisset vnũ necessariũ genus hoim longe ceteris antepos uit: qui arma tenerent: ciuesq; alios ab hostibus defenderẽt: quibus mirifica priuilegia tribuit: honoreq; ⁊ dignitate ceteros voluit antecellere. Quodq; si minime honorãtur: pauci fortes reperientur. Nã iuxta sententiaz Aristotelis. Apud illos inueniunt fortes milites et tirones: apud quos fortissimi quiq; honorant. Et Cicero. Jacẽt semper: ⁊ parum vigent: q̃ apud quosdam nõ decorãtur. Ea ergo respu. tyrannidẽ sapit: que fortes aut sapientes minime honorat: quis eñ clarissimos milites cunctis non anteponet: quorum pietas in patriã studiosa est: et mors pro illius salute sepe ab eis offertur. Hinc Bruti: Publicole: Camilli: Sciptones celebrãtur. Si eñ milites in rep. deessent: virgines passim raperentur: matresfamilias ad libidinem traherentur: sacra simul et prophana polluerentur. Tandemq; cuncta cedibus ⁊ incendijs: misera quadam conditione miscerent. Et tandẽ quicq̃d prauis hoib' liberet: id innoxios atq; innocẽtes pati oporteret. Has vite militaris

Militie necessitas

Tres ciuitatis partes.

vtilitates et bellice Aristoteles conspiciens in septimo Politicorum ait. Quod merito bellicis artibus vacantes proprie sunt partes ciuitatis: et eos veros ciues appellat. Subdit enim quod predicti bellici homines: Item consiliatiui: iudicatiui: ac etiam Sacerdotes: sunt vere partes ciuitatis. Mercatores vero inquantum tales et agricole ac artifices Mechanici et mercenarij: quantumcumque sint diuites: licet necessarij sint in ciuitate: non tamen sunt vere partes nec ciues illius. Cuius ratio est secundum eundem Philosophum. quia potissima causa et ratio: quare quis est ciuis aut pars ciuitatis querenda est ex ratione toti' ciuitatis. Et ratio totius ciuitatis querenda est ex fine: ad quem tendit omnis bene ordinata politica: que est felicitas: velut finis totius reipu. Constat enim impossibile esse: felicitatem sine virtute existere: quod est principium eius Itaque non facit ciuitatem. neque eam constituit: plurimos in ea simul viuere: sed debet esse communicatio bonarum actionum ad finem bene et virtuose viuendi. Nec etiam constituit ciuitatem vt adinuicem viuant. nec iniustum sibi faciant. sed nec ciuitas noscitur instituta gratia mercature: aut commutationum: licet sint necessarie: sed est instituta gratia bene viuendi per se et sufficienter. Quo fit: vt partes ciuitatis et cuiuslibet reipublice: determinentur ex virtute: que est operatio hominis virtuosa et perfecta. Manifestum est autem mercatores. agricolas. et mechanicas artes ducentes: non proprie esse ciues neque per se sufficienter fore partes ciuitatis quia vita eorum admodum vilis et abiecta est cum non ad virtutem dirigit aut ordinat homines. sed principali' ad lucrum et questum proprium: immo contraria est virtuti. que fundata est in honesto mercatura vero et cetere mechanice fundantur in vtili. Preterea veris ciuibus et partib' ciuitatis: necessaria est vacatio ab operationibus vilibus. et oportet aliquando intendere actibus intellectualibus. et talibus operationibus que generant virtutem quod facere non possunt mercatores. agricole et artifices: qui omnino sunt dediti artibus suis. Sacerdotes vero secundum eundem philosophum ac consiliatiui bellici et iudicatiui: vere sunt partes ciuitatis. quia non essent tales nisi

Sacerdotes vere partes ciuitatis.

finis reip. est virtuose viuere et hec felicitas politica.

In eis esset prudētia politica. Nam exempli gratia. In bellicis hoībus est prudentia: per quam quis est agressiuus terribiliū: qñ et quomodo expedit. Nam dicit phs in scḋo Politicoꝝ. ꝙ vita militaris multas habet ptes virtutis: et sic de consiliatiuis et iudicatiuis ac de sacerdotibus: quia determināt de virtute: ideo sunt vere partes ciuitatis. ¶ Rursus inuestigandū est de nomine militis. Nomen itaqꝫ militie quidā ideo appellāt ꝙ a malo arcere solet: quasi a malo arcendo dictos: ꝙ malum arceāt a ciuitate. Alij vero nomen militis grecū dicunt: ꝙ duritiam significat quasi eos non molles esse conueniat. Nōnulli tamē a mille numero milité dictū putāt: quasi ex mille electus. Ex omni igitur militie noīe atqꝫ principijs causis et effectibus facile cognoscitur: quante glorie et excellentie sit militie vacare. Taceo de dignitatibus: de honoribus tam excellentis exercitij: qui tā ingentes tamqꝫ perinsignes existunt: vt eius virtute: sepe acquisita regna: comparata culminū imperia videamus. Quo fit vt oīhis generosus animus merito ad eā aspirare debeat. Demum vero milites gratissimum deo holocaustum offerre possunt: et in eodē exercitio beati: saluiqꝫ fieri valebunt. Unde Augustinus ad Bonifa ciuꝫ. Noli: inquam: estimare neminē deo placere posse: qui militaribus armis ministrat. In his erat sanctus Dauid: cui dñs tam magnum prebuit testimonium. In his plurimi illius tēporis iusti fuere. In his erat ille Centurio: qui domino dixit. Non suꝫ dignus vt intres sub tectum meū. Et iterum Gregorius summā ait esse militie laudē. si quicquid imperat vtiliter: ei obtēperat. Adeo bellandi officiū sine culpa est. vt etiam sub rege sacrilego et pagano militare recte possit quicunqꝫ catholicus: si tamen non sit contra diuinum mandatū id quod precipitur vel vtrum sit certum non est: vt diffusius contra manicheos Augustinus deducit. Hinc igitur amici: et contribules pluribus ad me verbis referebant. vt militie armisqꝫ exercitio operam darem. Addebāt quoniā progenitores et sanguine coniūctos hanc viuendi conditionem secutos non ignorabam.

Ratio q̄re sacerdotes sint partes ciuitatis.

Militie nomē vnde dicat.

Milites beari posse.

¶ Caput decimum de militie laboribus: oneribus: atq incōmodis eiusdē vite militaris ac exercitij armorū. Et de periculis huius status: & de causis quibus hoc exercitium dissuadetur.

Esurgit mater non pigra his auditis: & vite huius militaris & armorū exercitij dāna: incōmoda atq pericula: ac si armis ipis experta: eisq rebus trita fuisset: his suasionibus recolebat. Militie sectatores ac arma tenētes quod militie: qd armoꝝ officiuꝫ sit: ac quid sua professio postulat animo gerere & pensare debent. Siquidem miles primo sacramēti atq professionis: sibi maximum onus incūbere videbit: vt rempu. tueatur: iniurias arceat. Et cum apostolo contētus stipendijs suis neminem concutiat. Hec est eius professio: hoc officiū: que si ab eo recte gerūtur: magna sunt laude & gloria digna. Si vero ea non gesserit miles: proculdubio dedecorat illa omnia que sunt vel officio militis: vel eius pfessioni cōnexa. Cū igitur tutandi: vt dixi: officium militis sit: nihil tam turpe: nil tam intolerabile: nil tam perniciosum q̄ ipse qui defensionis nomē habet: vim atq iniuriam afferat ciuibus vt vnde salus expectat inde & scelus nascatur. A ceteris nāq hostibus illate aduersus ciues iniurie detestabiles admodū sunt: a milite vero si inferantur: scelerata impia atq funesta sacrilegia sunt. et vt paucis videatur: quantū nefas sit pauperes a militibus impugnari. Hic intelligi dꝫ: qꝛ si inopes debilesq ipse miles despiciat; nec alijs] impugnātibꝰ resistat: merito proditionis nomē incurrit. Quis eīn dubitat: quin proditor flagitiosus ille sit: qui rem custodie fideiq sue commissam hostibus patefecit: aut verius ipse disrupit. Milites ergo ciuiū inopūq custodes: non solū officio sed fide sed sacramēto sed vi atq natura professionis ad hoc vnum agendū: principaliter cōstituti noscuntur. Si ergo pauperum ciuiumq tutamen pretermittūt: quos potius ipsi sacrilego expilant conatu. summa pculdubio proditio existimāda est: sed tāto insignius facinus erit: si per se ciues impugnent que offitia an a militibus

Iuramentum milit[is] & officiuꝫ.

Milites iniuriantes pditoribus similes.

armigerisq nostri tēporis obseruētur: facile libet agnoscere. Equidē versum est ad contraria modernoꝝ studiū militum. Student nāq cui noceant: cui vim ꝛ iniuriam afferant: ꝛ que sunt plane officio suo aduersa: ea exercēt impune. Nec sunt contenti militiā dedecorare atq feda re: sed perimere eius virtutē naturamq videntur. Obliuiscuntur siquidē sue professionis. Ad id soluz tendunt: vt satis diuitiarū habeant studiū lucri faciendi captent mercaturā deniq exercent que in eis sordida atq deformis est: qui non solū mercando aut lucri captādi gratia negotiando: qua quidē apostate a sua religione censentur: sed quodā modo desertores atq transfuge vidētur. qꝛ repudiata religiōe turbe se immiscēt: ac pecunie que stui intendunt. Taceo sordidiora plerūq ab eis experta compendia. Taceoq locandi publica vectigalia passim eos assumere: ceteraq vilia officia exercere. Taceo in nūdinis tabellarios atq numularios inuerecūde plerūq constitutos fore qui tam preclaruz exercitiū infamare ꝛ penitus deturpare nō verentur: adeo vt indigne falsoq insignia militaria gestent: ꝛ nitorem auri quod deferre eorum dignitas iubet: sordido questu coinquinari non pudet. Quis igitur ad hoc exercitiū aspirabit: in quo non nisi nomen omni nudatū effectu prochdolor remāsit. Sed hec parua cuilibet intuenti videbuntur: si crudeliora quedā alia contēplatur. Et in primis illud Scipionis occurrit quod militari volētibus: dicere solitus erat. quia pauca vnicuiq militiam desyderanti visa sunt vite mala: nisi militiam addiderit: quem inquietū semꝑ vel inglorium: vel periculo expositū: aut contentu deditum esse oportet. Adde quod apostolus ait: qꝛ vita nostra militia est super terraz. Hanc igitur cum nascendo profiteamur: quid alia noue militie professiōe opus est. Nam ibi fortissimū corpus ferro armatur: hic animus cōtra dolos: linguā: versutias ꝛ fraudes permuniri debet. Nescio igitur quid armari exterius iuuat: cū intus in anima belluz sit. Nec illud diffiteor: quia plurimos militia ad amplas opes: sed et ad summos honoris status prouehit. Sed nisi fallor longe plures ad inopiaz:

Milites mercatores a potestate.

ad carceres ad seruitutē: ad violentā subitamq; mortem eodem tramite perueniunt. Nam vt laureatus inquit poeta. Ex quo quis profiteri militiam animuz habuit: nisi dehonestare arma voluerit: semper animā in manu perituram habeat necesse est. Corpus vero non dicam in periculo esse: sed ipsum quoq; periculum in corpore. Semp enim aures militis: vt Uegetius ait: vox illa regia intonat. disce ferire: intrepide mori. Et rursus breue sed horrendum militi prouerbiū est vel occides vel occideris. in hoc omne preclarū genus militie versatur. Ad de rursus ad dissuasionē hui9 vite militaris: que supra tetigimus in octauo capite cum de nobilitate egimus. Has igitur pie matris inuictas rationes contēplans: a seculariū militie armorūq; exercitio alienum me reddere cōcepi. Sed illico affinium amicorūq; turba carne & sanguine: vt arbitror: reuelantibus: ad reliquū militandi genus inermē: acerbe grauiterq; vrgere visi sunt. Cū enim: vt dicebant: magnā etatis partem circa humanī iuris disciplinam expenderim: congruum quinimo debitum videbatur. vt que in theorica profecerim: ad praxim deducerē & que studio ipso attingeram: iam mūdus ipse conspiciat. Dicebant enī q habens experientiam: seu operationem: vt philosophus inquit: etiam sine arte magis laudatur: magis etiam proficit in operando: quam habens artes sine experientia. Ut igitur in ea vel alia viuendi arte vtilius agerem necesse erat vxorem ducere: q firmat homines in vnoquoq; viuendi modo: & discurrendi per orbem occasiones tollit. Quare ad eam coniugalē vitā infrascriptis ꝑsuasionibus cōmouebāt.

Militis puerbiū.

¶ Caput vndecimū de vita & statu coniugali in sancto & imaculato matrimonio: & de necessitate: vtilitate: laudibus & prerogatiuis vite coniugalis super alia viuendi genera.

Jte coniugalis status quam sanctus: quā immaculatus atq; necessarius existat nemo est qui nesciat: nisi qui se hominem ac ex viro & femina natum ignorat. Hic vite innocentissime status precipue iuuenibus admo

dum expedit:ne alienis illicitisq; libidinibus misceantur:et bonis castisq; coniugij fructibus perfruant. Hic status coniugalis necessarius fuit ad conseruationem speciei humane:nam tribus euidentissimis et necessarijs caussis fuit institutus. Primo propter prolis generationem vt habeat esse naturale:item vt possit nociuis obuiare: rursus vt habeat esse vigoratum: vt possit proles subsistere. et tandem valeat sibi similem generare. Secundo propter concupiscentie refrenationem. Tertio propter viri glorificationem: quia vt inquit Apostolus. Mulier est gloria viri: quia deus dedit homini adiutoriuz feminam:non ad carnalē concupiscentiā: sed vt haberet gloriam de femina:cum eum imitatur in sanctitate:et prolem ex ea generet que gloriam deo prestet: et sit ad gloriam viri qui gloriatur et quodāmodo perpetuatur in filio qui est eius imago. Ex quibus facile agnoscitur:quia hec beata coniugalis vita p aliquo tēpore magis expediens et necessaria videtur:q̄ continētia siue virginitas:et ideo preeligenda:que res agit: vt eo euentu longe melius sit vacare coniugali copule q̄ continentie videlicet eo tempore quo multiplicatio generis humani pernecessaria fuit vt cōpleretur numer' electorum quemadmodū in simili videre libet. Nam teste philosopho in topicis philosophari simpliciter melius est q̄ ditari. Verūtamē indigenti necessarijs: melius est ditari q̄ philosophari:et p tempore illo preeligendū ſm Tho. Rursus ad hanc coniugalē vitam plurima et presertim tria inducere et inclinare homines videntur:scilicet natura recta:ratio et gratia. Natura quidem quia propter prolem et naturalē auiditatē: conseruandi speciem et perpetuādi seipsum per filios. Demum recta ratio qua inclinatur coniux ad seruandū fidem coniugi: deniq; gratia videlicet sacramenti. Hanc igitur viuendi formam beatam et gloriosam fore nullus sane mentis ignorat. Cuius status necessitas: vtilitas et sanctimonia ex multis colligi possunt. sed precipue ex decem eiusdē status excelsis laudib' et mirificis pconijs. Prīa igit ei' excellētia īstitutōis ē excelsa autoritas. Nec ei īstū

Tres causе institutionis matrimonij.

Tria inducunt nos ad matrimonium.

Decē matrimonij dignitates.

Bñdict' monacho rum pater

sanctissimuz ordinē aut Augusti. aut Hiero. aut mona chorū pr̄ Benedictus sed deus ipse ore factoq; instituit Scōm p̄coniū ex loci p̄rogatiua pendet: cū in paradiso institutum recta fide credamus paradiso inq̄ terreno & celesti: quia vt sancti tractatores aiunt misso sopore Adam raptus ē in spiritu & vt aiunt curie celesti interfuisse credit. ibiq; virtutes tāti sacramenti plene cognouit. Deniq; tertia dignitas erat videlicet institutionis eius antiq̄tas. Quarta excellentia ē vnitas duorum in vno corpe q: scriptū ē. Erunt duo in carne vna. Quita tēporis excellētia q: in statu innocētie: quando nec peccati queuis rubigo initium sumserat. Sexta dignitas ex eo colligitur q̄ hunc solum ordinem tanq̄ immaculatum: deus ipse saluum fecit indignationis atq; diluuij tempore: quo fornicatores oēs vtriusq; sexus eterna aquarum voragine deleuit. Septimo gloriosam virginem deus delegit hunc ordinem assumere: q̄uq̄ virginitatē vouisset: matrimonij verum sacramētū nō respuit Nec paruū videtur p̄coniū matrimonij: cum dei filius tam diu distulit carnem suscipere humanā: quousq; virgo beata sub matrimōio foret legitime cōstituta. Octaua dignitas coniugalis ex eo constat: q̄ xp̄us hoc matrimonij sacramentum non modo sua presentia: sed miraculo illustrat, vt ioannes refert euangelista. Nona excellentia patet, quia ex eo vniuersa fit propagatio humani generis. Quinimmo vt inquit Hieronymus contra Uigilantium si virginitas laudatur: cur matrimonium non vehementer amatur: ex quibus virgines procreantur. Decimum aliud matrimonij preconium non inferius alij omnibus videtur: quia carnis copula: que sine illo mortalem generat culpam: eius virtute nedum a peccato immunis quinimo plerumq; meritoria efficitur. Adde: quia matrimonium non solum mundum sed paradisum replet vt inquit Ambrosius p quod scelera pene in finita: incestus: multa deniq; scelera vitantur: & ingentia bona queruntur. Ex his igitur attinentes: me ad coniugalem vitam cogere quodammodo conabantur.

¶ Caput. xij. de oneribus et incommodis et laboribus plurimis vite coniugalis: et de causis propter quas nō expedit vxorem ducere.

Fluctuabat vbiq3 animus sed ad me reuersus pie matris consilium petiturus accessi an igitur vxorem ducerem consulebam. illa vero q̄ vt sepe postea retulit diuturnas pro me lacrimas et vota sua altissimo dederat: vt in suam me sortem traheret: tanq3 rabida quedam leena lōge cōtrariū suadebat. quinimo ne incautus tam iminēs naufragiū subirē pie rogabat: atq3 seuere ꝯmonebat Dicebat eñ: mariti nomen licet dulce: plurimis tñ erumnis fore refertū. Quis eñ inquit onera matrimonij facile ferre pōt? Quis quarūdā vxoꝝ insolētias · Quis pōpas? q̄ si pauperes sunt facile ab hoībus contēnūtur. Si diuites dotes eas tumidas: gen⁹ īsolētes: forma vo︡ supectas reddit: deformitas q̄3 reddit suisas. Quarum lingua vt Plutar. voluit nil ꝑniciosius: quarū audacia nil ꝓdigiosius: quarum iprobitate nil inequabili⁹ cogitari pōt: q̄ iurgijs et cōtētionibus obtundunt viros Semꝑ eñ cōquerunt: semꝑ exprobrāt: semꝑ insidiant. Et vt Cato dicebat quos coniux diligit: illa odit. Eis eñ cū cetera desunt: nunq3 tñ lacrime: gemit⁹ · atq3 suspiria vt fastis suis fiat satis ornamētoꝝ vo︡ ābitione adeo ardēt vt cūctas opes labefactēt miserosq3 cogūt maritos: ī questus: in dira ꝑdire scelera. Et ꝙ periculosius est oim: q̄ vxorē duxit: cū apostolo q̄ mūdi sunt cogitat: et effeminatos virorum animos: et ab oī speculatiōe reddūt penitus alienos. Taceo tādē quot ī maritos fraudes exercent: quot simulatiōes: quot ꝓditiōes: quot plerūq3 suppositos ꝑtus q̄t mētitas enutritōes q̄t alieni seminis susceptas messes: Et vt facete et per pulcre quidam sapiēs dicebat et ridiculū magis est. lugent postea innocentes mariti. bas sibi extinctas vxores laudant: predicant in vrbibus quasi pudicas: quaꝝ impudicitia corda eoruz vulnerantur. Coguntur q3 honoris nō ꝑdendi gratia recte mētiri. Q̄d si dotē amplaz quis cum vxore assequit: tāto suꝑbior efficitur. Quo certe su

Cause superbie vxoris Forma et dos.

hoīvt p̄sit hoībus: sed dn̄amini inq̄t piscibus maris: et volatilibus celi ac bestijs terre. postq̄ vero peccatum inter hoīes inualuit iurgia: rixe: bella: ⁊ seminaria discordie crescere ceperunt. Fuit igit̄ necessariū ad comprimendū iniquorū cupidines et violentias: vt diuina puidētia homo hoīes iudicare possit: vt quos natura ipsa aut amor ab bonū non puocat saltē timor hoīs coherceat. Et hoc est qd̄ alibi ad eundē sensum Augusti. ait. quia cum ppl̄i multitudo ab his q̄ maiores sunt opprimeretur expediens admodū fuit ad aliquem cōfugere virtute et autoritate prestantem qui iniurias cohiberet: ⁊ summa infimis pari equitate coequaret. legumq̄ transgressores puniret qui apud quosdā magistratus apud alios p̄sides. alibi p̄tores siue ptāt̄es. Cōius v̄o iudices a iudicādo appellati sunt. hi apud gentiles plurimum honorabāt̄. de quib⁹ Valeri. ait. quia Apollo requisitus de iustis magistratibus: respondit se nescire vtrum deorum numero; an hoīm aggregari deberent: adeo enim hoc exercitiū illustre apud eos fuit: vt illud omni potētatui p̄ferent. quid enī teste Cicero. p̄clarius: digniusq̄ inter mortales exercitiū excogitari potest q̄ vnū hoīem i rep. repiri: qui communi vtilitati seruiat: q̄ cōmunia p̄ suis: sua pro communibus habeat. qui velit ⁊ sciat p̄sonam ciuitatis gerere dignitatē: decus sustinere: legesq̄ obseruare. iura tueri atq̄ exequi: ⁊ postremo cuncta q̄ ad rēp. pertinēt: fidei sue commissa meminisse. Magistratus siquidē atq̄ ius dicēdi potestatē habētes: nō modo terrenorū principū aut populorum sed immortalis dei autoritate ⁊ vice fungunt̄. Est enim latissima eorum potestas ⁊ iurisdictio: veluti qui vite simul ⁊ necis hominū dn̄i penitus constituti sunt. Hinc Apostolus dicebat. qui me iudicat dn̄s est. Hi ergo iudices atq̄ prouinciarum potestates: atq̄ rectores: cum recte agūt: deo pariter et hominibus acceptissimi sunt. Scriptum est enim beati qui iudicium faciunt: et iustitiam in omni tēpore. Et itē per sapientem. Qui custodit ⁊ iudicat iustitiā: ip̄e exaltabit̄. nec mō i eterna vita eorum exaltatio erit: sed in hoc seculo sublimantur. De

quo per eundem sapientem dicitur iustitia eleuat egen tem vnde ꝛ noster Isidorus Magna est inquit lausre cte iudicātis. qui sicut nocere ciuib' nescit: ita pdesse oībus nouit. aliis eni pstat censurā iustitie alios bonitate iudicij sine psonaꝝ acceptione suscipit non infirmat iustitiam auaritie flamma: nec studet auferre alteri quod cupiat. Et subdit. Hi sunt veri iudices qui, sicut dei iusto iudicio ditari non appetunt. sic eterno premio coronantur. Demum vero iudices si locupletes fieri peroptant idq̄ facile eis sit: nemo ambigit. Nā qui ciuili autorita te ꝛ potentatu funguntur: paruo temporis compendio longas consueuere congregare diuitias.

¶ Caput. xiiij. ꝛ oneribus ꝛ laboribus et incommodis prefecture: ꝛ iudicature et presidentie in populis. et de piculis huiusmodi exercitij.



Ed post huius exercitij laudes: videlicet iudicandi ꝛ presidendi honorem tantopere commendatuꝫ: illico mater bona illius status p̄mentia onera: atq; aperta picula enarrabat. que tot sunt vt vix enarrari queant. I primisq; veniebat in mentē qđ scriptuꝫ sepe audierat. Noli fieri iudex: nisi virtute valeas rūpere iniquitateꝫ Qui se igitur talē estimat van' est aut temerarius. denique inter cetera: quatuor pericula iudicantē comitanť que oīa vel alterū vitare difficulter q̄sq; mortalium potest. Primū siquidē piculum ex eo maxime imminet q̄a plerumq; ex causarum multitudine: defectus accidit sollicite discussionis quod itaq; periculū cauens beat'. iob: dicebat. Causam quam nesciebam: diligentissime ī uestigabā. Super quo Gregorius. Ad proferendas sententias videamus ne vnq̄ precipites simus. nec temere indiscussa iudicemus: ꝛ q̄libet audita mala statim moueant. Secundum iudicis periculum sequiť: affectus videlicet atq; inordinata passio. que tanto certi us eos comitantur: quanto difficilius ab eis separantur Unde Augustin' quasi pro quodaꝫ miraculo narrat. Alpiuꝫ collegam suum nullo affectu; odio: timore: atq; premio iustitiam subuertisse. Tertium iudicis periculum para

Judicium q̄tuor pericula.

tur bellum: et erit sal⁹ vbi multa consilia: Alexandrum quidem eo potissimum: tam ingentes victorias obtinuisse legimus. quia consiliarijs bonis cuncta agebat. vt inquit Trogus pompeius Et propterea consiliarij principum: necnon consules et rectores prouinciarum: vrbium: magno semper honori fuere: et patres patrie recte ab antiquis appellabantur. Ad hoc itaque exercitium et viuendi formam amici et contribules his et plurimis persuasionibus me trahere moliebantur. Addebãt preterea hunc viuendi modum genitorem meum veluti honestum et sine crimine delegisse. Nec erat inconueniens filium laudata honestaque patris exercitia ac vestigia imitari.

Consiliarij patres patrie appellati.

¶Caput.xvj. de laboribus: oneribus et incommodis cõsulum siue consiliariorum et rectorum: vrbium et prouinciarum. et de periculis huius status.

Sed vix amici verba finierant: qui officium consulendi in ciuitatibus tantopere collaudabant: et ecce mater anxia occurrit: et plurima nedum onera: sed incommoda et pericula huius vite et exercitij prudẽtissime recolebat. Sz iter cetera id Catonis cõmemorabat. quoniã difficilimũ est quẽpiã sic reip. cõsulere: vt psit simul et placeat: sed longe difficilius est vt sit ei in verbo veritas: i consilio fides: in cõmissis silentium: i imperando suauitas. et tandem euentũ nõ virtus sed fortuna moderabitur. iterũ illud Platonis i repu. occurrebat. Parua: inquit: ciuitas egre regit. Magne, vero vrbes difficiles regimine existunt. Quare qui ad hmõi ministeriũ suspirant: necesse est illud Lactantij fateantur. Parum est: inquit: nobis domesticaruz curarũ: q̃ publicas adoptamus denique quis putat consules ipsos vel consiliarios a principibus vel populis amari: quos poti⁹ grauãt q̃ iuuant. Quod si extrinsecus honorari a populo cernamus: labijs credo. cor aũt singulorum ciuium longe est ab eis. et pauperũ presertĩ quos durissimis exactiõibus deuorant. Sed et si a populo p aliquo tẽpore amari coliqz eos videamus; in mentem veniat. quis popu-

cõsiliariorũ pericula

lo scipionibus charior fuit? Quis camillo? Quis rutilio et Metello? Quis salomone greco? Quis hanniba le? Quis Licurgo? ad quos amor ingēs: atq3 ardēs feruor fuit popularis. Sed illico in odiū in contemptū versus est. Quorum illa fuere premia fori: videlicet labor: iniuria: accusatio: mors: exilium: carceres. Sed certe illud Catonis preclare dictū est: q2 inter ea que prospera fortuna largiri visa est: nil tam pestilens tanq3 incōstās q3 populi fauor: cuius ad posteros funesta hereditas est. Adde q2 cum ad huiusmodi consulendi munus nō nisi iusiurandi sacramēto accedant cōsiliarij et rectores: toties deierare videntur quoties senatum ingrediuntur. Rursus cum: iuxta Ciceronē: eos qui de repu. consultāt ab amore: ab odio: ab ira: a timore liberos esse oportet. Uix aut raro contingit consiliarios: consules vrbium et rectores ab his passionibus fieri alienos. Deniq3 q3 vtiles in consulendo reip. existant: tristis ille euētus demōstrat: q2 respu. plurimū eorum crudelissimo aut inertissimo consulatu indies pauperior: illi vero ditiores euadunt. Nec alijs opus est testimonijs: preter id quod in faustis atq3 infelicib9 nostris diebus cernim9: q2 eaipsa consulendi officia atq3 gubernādi rempub. munera: nō vt olim inuictis delata videmus: sed potius a sollicitātibus ablata. Et, qd maiori merore refertur: eaipsa officia quibus pauperes opprimunt non paruo p̄tio emuntur. Difficile nāq3 et perrarum intuemur: vt que magno exoptātur affectu: et longo querūtur labore: liberaliter impendantur. Et: vt paucis agam: longe difficili9 erit: vt que multo cōparantur auro: sine auro reddātur. Hi ergo non tam consulūt q3 consumunt: non tam regūt q3 premunt: non tam protegūt q3 ledunt. defendunt: vt ipsi inquiunt: rempublicam. Sed fateor ab alijs et non semper: sed a seipsis minime: veluti q̄ ciuibus grauissimas imponūt collectas: non in rempublicā exsoluēdas: sed sibi imbursandas. Hi consules dicuntur a consulendo non reipub. sed sibi: gaudent consiliarij et consulis nomine: a cuius re et effectu plurimū sunt alieni. Pauperum domos euertunt vt suas construant: miserorū ca

Cōsiliarij ditiores resp. pauperiores efficiūtur.

Consiliariorū officia emuntur.

sellas agros atq̄ predia subhastant: vt ipsi vilius emāt culpeq̄ proximus est qui eos in licitatione vicerit. Hec fili mi inquit mater optima exercitia: studia: desyderiaq̄: sunt consiliariorum consulum atq̄ rectorum pestiferi nostri temporis: ad que tuipse conspice: si libet aspirare. Matris igitur monita adeo visceribus meis infixa fuere: vt ad huiusmodi consulendi ministeriū nullo pacto aspirarē. Sed illico patrueles: atq̄ sanguine & amore coniuncti sese ingerunt: vt aliud vite genus assumerem. quod vt dicebant a cunctis mortalibus virtutis: honoris: & glorie cupidis: semper exoptatum est: videlicet tanq̄ aduocatus patrocinandi exercitio versari. ad quod his suasionibus commonebant.

¶ Caput. xvij. de iurisperitis ac de aduocandi & patrocinandi officio: in iudicio & extra. & de laudibus iuridice scientie: ac necessitate et vtilitate huius scientifici: et artificiosi exercitij: & quomodo supplet nature defectus

Iuri opam dare insigne.

Atrocinari in causis ac i iuris humani subtilibus disceptationibus versari: semp laudabile insigneq̄ exercitium fuisse nemo ambigit. Ea em̄ officia: vt Salusti⁹ ait: honestiora apud omnes habita sunt. que īgenio que intellectu: que deniq̄ eloquentia. ac dicendi suadēdiq̄ artificio constant. Sic ergo iuris disciplina honesta. sancta & pernecessaria vite humane existit & ob eam rem omni tempore plurimum fuerit cōmendata. Eadē ratione disciplinam ipsam sectantes: qui iurisperiti seu consulti appellati sunt: vtiliter ac laudabiliter et necessario vtuntur iuribus humanis: que nō nisi ad lites inter homines dirimendas: amicitiamq̄ atq̄ ipsam rempubli. augendam: instituta sunt. Hinc instinianus ait. Aduocati qui dirimunt ambigua facta causarum. non minus prouident humano generi. quam si prelijs armisq̄ parentes patriamq̄ saluarent. Et alius sapiens. Magna commendatiōe dignos eos facit: qui qd iustum: quod bonum: quod equum est: hominibus persuadent. Est ergo huius exercitij honestas atq̄ necessaria.

Iuris disciplina sctā pernecessaria.

stitas: admodum manifesta: sed et vtilitas publica manifestior. Quantum vero in eodem nobili exercitio: priuate sit vtilitatis; nemo est qui ambigat. Habuit tamen inuidos omni tempore hoc scientificum et honestum exercitium: nonnullis enim non satis: nec recte intelligentibus visum est leges ipsas: atque legum interpretes et iurisperitos causam dare litigijs: illasque quam maxime interire; in quos pulcre Cicero in eis quos de legibus edidit libris inuehit: ait enim. Uerius ignorationem legum: occasionem litigijs parare. Ignorantes enim leges: voluptates et appetitus suos putant et optant legibus iuuare posse: quare inquit Cicero. Cunctos consulunt: an sit lex: que suo possit suffragari appetitui aut cupiditati: quo fit vt ipsarum legum ignorantia non iurisperiti: viam litigijs prestent. Adde aduersus iurisperitos aliam non minorem emulationem: nonnulli enim persuasum habent id: quod ex ipso exercitio laudato comparatur: improbe atque illicite fore quesitum. Plane non ita sentiebant antiqui philosophi et sapientes: sed nec catholici tractatores: qui in constituendis determinandisque hominum desidijs: iudices: testes et aduocatos assistere decreuerunt. solis tamen iurisperitis licitum esse voluerunt: suum consilium iuste vendere potuisse. Cuius inter cetera illa a philosopho ratio assignatur: quia iudex ipse et testis: communes sunt persone: et vtraque parte constitute. Aduocatus vero alteram tantum fouet partem: a qualitate honesteque salarium exigit. Huius preterea nobilis ac scientifici exercitij excellentia: ex pluribus illustratur effectibus. Est enim mortalium hominum desyderium vt ad id potissimum tendat: eodem philosopho teste: vt veritatem agnoscat. Quare ad ipsum in rebus agilibus auidius humana properat inquisitio: presertim cum ob eas hominum cupiditates: que a vero: que a iusto plerumque diuertere cogunt: propter rerum humanarum varietates: difficulter quidem veritas ipsa et iustitia agnosci potest. Hinc per Esaiam prophetam de humana iustitia dicitur. Tanquam pannus menstruate vniuerse iustitie vestre: vt humanam iustitiam difficulter attingi et cognosci posse liquido demonstraret. Auarius enim quam iu

Juris ignorantia non iurisperiti lites fouet

Jurisperitis solis licet vendere consilium

Cupit

Jurisperiti pnecessarij.

stius homines lites ꝛ iurgia mouent. Quia: vt inq̃t sa-
piens; deus fecit hominē rectum: ꝛ ipse immiscuit se infi-
nitis questionibus. [redacted]
risperitos constituere: quorum industria ꝛ expectata iu
risperitia: eas sine belloꝝ fragoꝛibus questiones deci-
derent: quas humana peruersaq̃ auaritia attulit. Lau
dantur igitur plurimū: atq̃ merito diuersis honoꝝ ti-
tulis illustrantur iurisperiti qui veritatem aperiunt: et
inter hominū cupidines per sue scientie coniecturas et
regulas quid verum: quid iustum sit explicant: docent
atq̃ e tenebris ad lucem vsq̃ deducūt. Quoꝝ tanta vis
est vt nōnunq̃ eas veritates quas vel natura: vel indu-
stria: verius astutia hūana: in damnū simul ꝛ penā pctī
humani generis occultas fecerit: ipsi iurisperiti sui in-
genij subtilitate ad reipu. quietam atq̃ nostrā cōmodi-
tatem reuelent. Plurime siquidē veritates incognite:
plurime iniustitie impunite manerent: si iurisperitoꝛum
cessaret sapientia: ꝛ sua querēdarū rerū studiosa sagaci
tas: contēptui aut non vsui haberet. Deniq̃ nemo vnq̃
dubitauit: verum ꝛ iustum multo esse melioꝛa q̃ falsum
ꝛ iniustum. Esset enim rationi dissonū: si verum a falso:
iustum ab iniusto vinceretur. Quod vtiq̃ funestū in re-
publi. sepe accideret si iurisconsulti deessent. Quoꝝ id
pcipuū studiū est: iustum ab iniusto: falsum a vero discer
nant. Rursus q̃ necessariū humane reipu. hoc exercitiū
fuerit: ex eo patet: q2 vt philosophus inquit in ethicis.
Sunt nōnulli homines pessime quidem persuasibiles:
qui non facile credūt: nisi certissima videant signa: aut
foꝛtes habeant persuasiones. Aduocati igit̃ plurimū
sunt cōmendandi. q̃ virtute scientie iuridice certissimas
vel pꝛopinquas: imo foꝛtissimas persuasiones eliciunt:
ꝛ illa iudicibus suadēt ad iuuandā innocentiā: ꝛ repri-
mendas: puniendasq̃ violētias ꝛ iniustitias. Unde Ci
cero hanc iuris disciplinā extollens. Hec inquit ad oēs
res pꝛiuatas atq̃ publicas tuendas instituta est. Et
iterum hec ars tuta est: hec honesta: hec illustris: qua se
pe multe respubli. salue facte sunt. [redacted]
phus voluit; omnes artes inuente noscuntur ad supple

dos humane nature defectus: vt libet exēpli gratia vnū inserere. Natura eni ipsa lapides: ligna atqꝫ ferruꝫ pro ducit: sed minime domū efficit: quare recte ꝛ necessario ars domificandi inuenta est: que idipsum supplet qđ na tura defecit. Simili modo natura parēs lanam ꝛ linū: sed non vestes pducit. salubriter ergo atqꝫ necessario ar tes texendi atqꝫ suēdi inuēte sunt. Natura ergo q̄q̄ ho mini instrumenta loquendi dedit: non tn̄ virtutē tribuit persuadendi. Sed arte effectū est vt homies studio ipso atqꝫ mirabili artificio: vi quadā dicēdi consequanť: con ceptus videlicet suos imprimere posse audiētiū animis sicut natura minime dedit homini vim discernēdi con gruum ab incōgruo: nisi p grāmatice scientiā: nec verū a falso nisi p dialecticā. Licet dederit instrumētū cogno scendi verū a falso: videlicet loquelā ꝛ intellectū. Opor tebat ergo p conseruatiōe humane vite: et tollendis in ter homines discidijs: vt nature huius defectus supple retur per iurisperitos: qui ipm̄ iustuꝫ ꝛ rectū iudicibus persuadent: ſm traditas legislationes: ꝛ nōnunq̄ iustū ꝛ rectum distinguāt limitent ꝛ moderenť: ſm particula rium casuum occurrentias ꝛ legislatoris mentem: que omnia perirent: nisi iurisperiti essent: qui ea hominibus suaderet. Et: vt paucis agamus: summa est excellentia huius exercitij: quo ipsa vniuersalia statuta humana: que generalib⁹ atqꝫ indeterminatis verbis statuūtur lu cidius intelligūtur. Nam per iurisperitorū subtilem et ingeniosam applicationē dictarum legū ad causas par ticulares: mentē legum interpretanť. Et tandem ꝟo per hoc nobile aduocationis officiū insontes defenduntur: oppressi releuanť. ꝛ vt paucis multa comprehendamus iustitia periret: si deesset qui iustitiam allegaret. Ex qui bus facile cognoscitur: quanta sit huius exercitij hone stas: quanta necessitas quanta deniqꝫ vtilitas. Sed vix affiniū ꝛ amicorū sollicita instantia verba finierant: cū mater clamitans dicebat illud sapientis. Fili mi si te la ctauerint peccatores: ne acquiescas. Et tandem aduo catorum vitam ac exercitium: eorūqꝫ aperta discrimina ꝛ pericula sequentibus verbis dissuasit.

¶ Caput. xviij. de incomodis et oneribus exercitij iuristarum et artis aduocationis in causis et iudicijs: et de periculis huius status et modi viuendi: et de dãnis que ex illo veniũt reip. et an litigia nutriant ex aduocatorũ copia: et an humana iustitia põt ipleri in iure naturali.

Iurisperitorum eorum presertim qui forẽses causas agunt in iudicio quos aduocatos vel causidicos appellamus: quã sit damnosum periculosumq; exercitiũ: nemo aptius q̃ aduocat' ipe vnq̃ intellexit. Sed et quantum hoibus sit inutile quippe et periculosum nemo rectius agnouit q̃ qui pro eius infortunio aduocato indiguit. Huius exercitij dãna: discrimina atq; pericula nõ facile enarrari possent. Ex multis autẽ paucula q̃dã in medium adducẽda decreuimus. In primis naturã artis atq; exercitij consyderare oportet. Est enĩ eius generis patrocinatio in causis: q: difficile ẽ aduocato et causidico vnũ iuuare: quin alterũ ledat. cui pulcre Ambro. dicere videt: qui non põt alteri subuenire: nisi alter ledatur: cõmodius est neutrũ iuuare q̃ grauare alterũ. Unde super illo verbo: impio prebes auxiliũ. Augusti. inq̃t. callidi argumentatores et iurisperiti fallaces dũ cupiũt ditari: vix preuaricatiõis periculũ fugiunt: controuersias actionesq; causarũ contra ipsa iura vertũt: et vt aduersarios coercẽãt: iussionibus legũ ad illudẽdos iudices exquisitis exẽplis: multiplices intellectus: et caullosas a legibus eliciunt coniecturas. Quid igitur in eius laudẽ non facile inuenio. vendũt enĩ linguã suã que spiritussancti donũ est. Qua de re Augu. de seipso in li. cõfessionũ loquens ait. Placuit mihi subtrahere ministerium lingue mee: a mũdanis loquacitatis mee: ne ceteri mei exẽplo non legẽ dñi: sed forensia bella mercarent: et ex ore meo arma furori suo accõmodarẽ. Rursus non illis puto assentiendũ qui negãt causidicos lites nutrire: sed potius p̃scindere contendũt: ex Cicero. verbis argumentũ sumẽtes: que recte intellecta eos ledunt. Aut enĩ eos qui leges ignorant volũtates et appetitus suos putãt legibus iuuari posse et inde legũ peritos consulũt

Aduocat' linguã vẽdit.

vt eis dicāt appetitus suos legibus sequi posse. Sed ea verba quid aliud sonare vident: q̄ aduocatos lites gignere. Dum voluptuosis ꝛ cupidis hoibus suadēt legibus posse explere: que leges ipse vetant. Quis em̄ tam amens est: qui leges iustas asserat iurgia nutrire: quas dicit Cicero in eodē de legib⁹: esse vitioꝝ emēdatrices: virtutūq; cōmendatrices. Sed ex mente Cice. elici posse non leges sed legibus abutentes qui sunt legiste: lites nutrire ꝛ educare perspicuū est. qui vt nascant lites: spez victorie victis promittūt: adducētes innumera fallaciarum repagula: ꝛ astutiarū obstacula s̄m Policratum. Qui em̄ cecus non est: liquido videbit q2 non hominuz negotia: non cause: non cōtrouersie suscitāt aduocatos: quinimo: vt oculis cernimus: aduocati ipsi causas gignunt litigia suscitant: ꝯtrouersias fouēt: immo mouēt atq; nutriunt. Prebeant huic veritati testimoniū ea loca que certe beata dixerim. vbi si desunt aduocati: ibi cause: ipsa quoq; litigia desunt: vbi ꝟo aduocatorū turba strepit: ibi litiuz anfractibus tota ciuitas ardet: nec domus aliqua a litigio vacat. ¶ Uidi ego in germania vrbes q̄plurimas populatissimas quidem atq; optima politia gaudētes: in quib⁹ ciuis vnus iurisignar⁹ in decidēdis causis penitus inexpertus: totius ciuitatis causas breui momēto pacifice ꝛ incredibili silētio terminabat: vbi nec assistentia erat aduocatorū: nec allegationū ingeniosa alteratio. Stupenti igitur mihi atq; querenti: cur in tanta vrbe tam parue atq; ꝑpauce cause agerentur: q̄d ve cause erat: q̄ nullus ibi aduocatus adesset Rīsum tandē est cū faceto modestoq; risu: vltimum esse causam primi. Addebantq; vt ego mihiipsi inq̄rēdo satisfacerē. ac si apte dixissent: pauculas admodū causas in tribunalibus esse suis: cuius rei illa erit ratio: q2 nullum q̄ eas ꝓponeret aduocatū facile admittebāt. Profecto nō insulsuz eoꝝ dictū puto. plurimi quidē nequaq̄ plerūq; litigarēt: quinimo aliq̄d forsan iniuste paterentur: nisi aduocatoꝝ ꝓnitas adesset: atq; eoꝝ sollicitudo qui vincere pollicerent. Nemo certe nisi insanus sine armis bellū tentat. Quippe plurimi salui fuere: q2 illis

Laus legum.

Aduocati ex magna pte lites pariunt.

Laus germanie a politia: et i penuria aduocatorum.

arma defuere. et longe plures periere armorum fiducia ꝙ penuria. Tolle enim frenetico arma: pstabis et vitam tolle cupidis litigãdi ministros: simul tolles et lites. Cupit enim omnis artifex vt phs in ethicis voluit sua laudare opa simul et dilatare. Sic poeta sua poemata laudat a cunctis recipi optat. sic faber vt inquit Hierony. sua fabrilia tractat studetqꝫ summopere: vt totus orbis ea indigeat. Cytharista deniqꝫ omnis exoptat dies esse faustos atqꝫ solennes. Armorum et machinaruꝫ artifex nuptiarum aut pacis tpa infesta habet: et generaliter de pace nõ cogitat. qui cum bello lucratur. Nec aliter agit aduocatus: alienas cupit controuersias: propinquorũ et causas exagitat: ꝗ suas non litigat; dissidendo: litigãdo lucratur: ꝗ mendicaret. si quietissime omnes viuerẽt. Et vt paucis dicam desunt lites si desunt qui lites cupiunt atqꝫ sollicitant. Deniqꝫ apostolꝰ ait: seruos dei nõ decet litigare. Quõ igitur alienas opes litigando querere possumus licite qui nostra proximis offerre iubemur. Et iuxta dominicũ consiliũ petẽti clamideꝫ: pallium non negemus. Deinũ ꝟo illud ego ꝟissimũ puto: qꝛ lõge minus reip. xpiane nociuũ videbitur: si iudiciorꝫ strepitus causarꝫ deceptiõem nõ habeat. si aduocatorꝫ penuriã patiatur: quaꝫ si p causarum et litigatorum atqꝫ aduocatoruꝫ copias: charitatis ordo pereat ꝗ in litigãdo seruari minie põt. Et iterꝫ longe minus perniciosum arbitror. quosdam forsan iniuste opprimi ob defensionis aduocationisqꝫ defectum: ꝙ plurimos immo ipsam rẽp. eiusqꝫ quietẽ: tot tãtisqꝫ vt cernimus litium perturbationibus cõcuti atqꝫ subuerti. ꝗ veluti quedã incẽdia: cunctas resp. adurũt atqꝫ confundũt. Postremo quis causarꝫ: ꝗs fori: aut iudicialis strepitus tam auidus est: queꝫ nõ moueãt imo terreãt plurimum illa Bernardi ꝟba. Qui cũ ad eugeniũ ageret. ac eum inducere conaretur: vt fideles ad diuinã legẽ discendaꝫ sectandamqꝫ alliceret: et aduocatorꝫ astutias fugiendas esse ostenderet: quotidie inquit perstrepunt in tuo palatio leges sed iustiniani non domini: iuste ne etiam istud: Tu videris. Nõ certe. Lex domini imaculata conuertens aias: ea aũt nõ tã

aduocati pacem odiunt instar militum.

aduocatorum penuria reip. nõ est nocua.

leges quã lites sunt:ꝛ.cauillatiões subuertentes iudiciũ. Tu ergo pastoꝛ ꝛ epũs aiarum: q̃ mẽte obsecro sustines coꝛã te stlere illã:istas garrire. Puto ꝙ etiã hec ꝑuersitas te cõpellat ad dñz dicere cuz ꝑpheta. Narrauerũt mihi iniqui fabulationes:sed non vt lex tua. Hec Bernar. de humanis legibus ꝛ earum sectatoꝛibus Rursus nisi falloꝛ:fallitur quisq̃s qui litigandi officium assumit. ꝛ longe magis fallit:q̃ artes litigãdi ꝛ cõtendẽdi eligit:in q̃bus ꝑpter nocendi facilitatẽ quanto quis doctioꝛ:tanto nequioꝛ euadit. vt de aleatoꝛibus Policratus ait. Unde Augusti. foꝛma iquit in eis est litigiosa. boc ipso laudabilioꝛ:quo fraudulẽtioꝛ. Fateoꝛ eñi vtilis ẽ iuris sciẽtia:si eius pꝛofessoꝛes intra eius limites agerent:ꝛ legum terminos non transgrederẽtur. Sed plurimi illis abutunt ꝛ falso legum intellectu: et nouis interꝑtationibus sacris legibus illudũt. Quod si sec⁹ agerẽt pauperes admodũ ꝛ inopes: fateoꝛ tamen felices viuerẽt. Ea de re sancti viri periculũ tã pꝛomptũ imminere hoc exercitium tenentibus cernentes:merito ꝑfectis ꝛ deo dicatis viris nedũ foꝛensiũ causarũ iterdicũt exercitiũ. sz hũanarũ legũ studiũ quarũ iter cetera illa ẽ ratio ne videlz iurisperiti magnũ estimẽt eã iustitiam quaz ipi ꝯtinẽt ꝛ venerãtur:ꝛ quã leges hũane docẽt respectu ei⁹ iustitie quam lex dei ꝯtinet ꝛ venerat. iustitia enĩz hũana quã leges secu ꝑfitent: ipleri indubia põt facultate ꝛ nature viribus: qd ex eo maxime patet: vt alia taceaz:qm̃ xp̃us in euangelio ex duobus naturalibus p̃ceptis oẽs leges ꝛ pꝛophetas pendere dixit. put pulcre August. deducit i epl̃a ad Volusia. Diuina vero iustitia non nisi superna gratia ipleri põt. Quare ad hũc sensuz verius q̃ paulo ãte esaias dicebat de humana: iustitia Pannus menstruate iustitie vestre sunt. ¶ Sed nec alienum ab hoc ꝑposito videt qd dñs i euãgelio ait Nisi abundauerit iustitia vestra plusq̃ scribarũ ꝛ phariseoꝝ nõ itrabitis in regnũ celoꝝ. Qd vti ꝑ recte dici potest de humana iustitia:q̃q̃ iurisperiti ꝛ causidici astruere nituntur vt xp̃us fidelibus suis dicere videatur:nisi abundauerit iustitia vestra plusq̃ scribaruz

aduocat⁹ q̃to doctioꝛ tãto nequioꝛ.

Leguz studiuz cur iterdictum sit viris sacris.

⁊ phariseoꝝ idest legistarum ⁊ iurisperitoꝝ humani iu ris non itrabitis i regnū celoꝝ. Nec enim est iustitia: q̄ ex humanis resultat legibus sola ad salutē sufficit: cū il la vt phūs in politicis voluit solū reiꝑ. terrenā q̄etudi nē appetat. Cui⁹ grā plurima q̄ lex diuina vetat ⁊ punit ipsa ꝑmittit aut iubet. Unde Augu. Hec lex q̄ de regen dis vrbib⁹ datur: multa ꝓ temporali pace aut ꝑmittit aut iubet que lex diuina grauissime punit: vt in concu binatu atq̄ vsuris. Demum in prescriptionibus ⁊ mul tis alijs reperire libet. Deniq̄ lex ipsa humana vt pre missum est virtuti humane ⁊ naturali innititur: que ne quaquam ad eternam felicitatē sufficit sine speciali au xilio diuine gratie: qđ aliter est sentiendū de diuina iu stitia: q̄ tota dei ⁊ a deo est. Dabo igitur inq̄t mař pluri bus ꝑsuasionibus finem. si id solū dixerim quia hūa ni iuris sectatores solo nomine iuris letantur: cum rem ipsam non habeant: quinimo sub iuris atq̄ iustitie ob tentu: ipsa iura ⁊ iustitiam persequuntur vt recte de eis dicat vera iustitia. filios enutriui ⁊ exaltaui: ipsi vero spreuerūt me. Tandem quis ille legista ē ⁊ laudabimus eū qui vt inq̄t Augu. dicat clientulo suo: recipe qđ mihi cū tibi adessem obtulisti: redde aduersario tuo qđ me in iuste patrocinante abstulisti: cuius opa decepto iudice ⁊ circumuentis legibus vicisti. Longe satis euagatus sum i describendis aduocatoꝝ ꝑiculis: sꝫ exꝑtus dixi. Tur pē eñi videbař patritio ignorare ea in q̄bus versatus ē. Quasi ergo mihi maternis bis: imo diuinis commoni tionibus edoct⁹ forēsium atq̄ ciuilium causas ⁊ iudicia penitus statui deserere. Uicti ergo ⁊ superati contribu les ad aliud vite genus innocētissimū: vt dicebant vide licet notarioꝝ me transferre verbis atq̄ suasionibus se quentibus nitebantur.

¶ Ca. xix. de notarijs: tabellionib⁹ ⁊ scribis ⁊ de hui⁹ artis laudib⁹ vtilitate ⁊ cōmēdatiōe ac necessitate.



Tabellariorum siue notariorū ars ⁊ viuēdi formula quā honesta honorabilis ⁊ lauda ta sit: ex plurimis ꝑsertim illius necessitate ⁊ vtilitate facile cognoscit̃. Periret si q̄dē

ois iudicior tela:nisi.essent notarij q acta cōscriberent periret ipa veritas & fides in contractibus & cōmercijs boim. periret ois ordo in iudicio forensium causarum nisi esset aliqua fidelis publicaqʒ persona:cui iudex credereret de his q ab vtraqʒ litigātium parte: aut offeruntur aut dicuntur. Item sunt instituti notarij ad cōfirmationem veritatis.sed cum ipsa veritas vbicūqʒ sonuerit: ab illo ē qui dicit Ego sum via & veritas:recta certe ratione notarior officium valde laudabile erit quia ī veritatis comprobatione & confirmatione:radicem & fundamentum suscipit. Demum hui'artis laudes & vtilitates ex eo patēt:quia publicevtilitati deseruiūt. Hij namqʒ nedum apud pedaneos minoresqʒ magistratus.creditum & autoritatem obtinent:sed apō reges & principes: & cuncta eminentia tribunalia acceptissimi & familiarissimi existūt. quorū manibus admiranda fide instrumenta:priuilegia & litere ad perpetue rei memoriam cōficiuntur. Et post multa temporum secula:ex horum sola notariorum subscriptione:indubitatā pbationem inducunt. Hi typum tenent euangelistar xpi:qui eius gesta & acta ī euāgelio:tam fideliter q̄ȝ vtiliter descripserunt. Et vt ceteras huius artis cōmoditates & laudes omittam.qui illā exercent: magna lucra summos honores assequunt.vt breui tpe ac paruo labore: opulēta vtilitatis compendia adipiscātur:& tandē ab oibus honorantur:qr oēs illis indigent.

Notariorū necessitas.

Caput. xx.de miserijs calamitatib' ac laborib' & periculis tabellionū & tabellior.& illor fraudib'& dolis.

Inter ceteras vite hūane artes:& modosformulasqʒ viuēdi:scribar atqʒ notarior artez miserā calamitosaȝ ac multis erūnis plenā nemo ignorat:nisi q tā felix fuit vt nec litē ī iudicio habuerit:neqʒ actor nec re'extiterit nec cōtrahēdi gra.tristi illor misterio eguit. Breui igit hui' artis calamitatēs īfelicitates:labores atqʒ picula adducem' pauca ex multis colligētes.ī primis igit fatemur:hnt tabelliōes officiū publicū sed puatū exercent negotiū;reip.seruiūt sed rei familiari deseruiūt.non illā

sed istam augent: communes sunt persone: sz p̄pa sunt lucra Demū tabellarij ipsi seruos se eē publicos nouerit quos iureiurando constat astrictos vt q̄ties rogarieos a quoq̨ in omni causa contingat: ferre eos testimonium oporteat. Nemini autem dubiū existit taz astrictos reip. seruos non esse illius dignitatis atq̨ felicitatis vti paulo ante depictum est Eius vero. artis l abores fraudes doli: atq̨ pericula ex eo constāt. quia natura ipsa impelluntur homines gratis fidem ipsaz seruare: veritatem attestari. ac de illa libere vbiq̨ ferre testimonium. miseri tamen tabelliōes soli sunt: qui non nisi pecunia de fide dicere ac rogari velint. Nec aliter q̄ pretio interueniente veritati fidem accōmodent. pauper siquidē fidem petit veritatis ille mammona exigit iniquitatis Turpis igitur est qui pretium turpiter accipit: pro eo quod gratis exhibere tenetur. quo fit. vt hanc vite formulam exercentes: nedum iustitiam sed ipsam iniustitiam vendant. quare: teste Augustino: nihil inordinatius esse potest. nam iustitiam vendere. iniquitatis est. in iustitiam vero rabiosa insania. in ceteris enim cōtractibus res vendita alienatur a venditore: ⁊ trāsit in ēptorem: sed in hoc infelici cōtractu nullam iustitiam habz notarius venditor. Sic miser artifex ipsā veritatem: ad quā corroborādā eruendamq̨ creatus est. ⁊ que eū honoratum reddit: inhonorat atq̨ vilificat: dum eam: vt premissum est: pretio exponit Apud antiquos eñi tabellarij alebantur a publico. erat q̨ gratuitū officium: eo igitur seculo aureo certe laudabilis erat tabellionica ars laudabile exercitiuz. nunc vero quia ad pretiuz exponitur merito in sordibus computatur. Secundum Policratum. Rursus notarius seruus est iustitie: q̄ virtutū regina est ⁊ domina. qui ergo dominā suā vendit vt proditor iudicandus est. O quot falsa ab eis constituuntur instrumenta prece q̄dem vel pretio. O quot contractus fabricant. rei geste substantiaz longe aliter scribentes q̄ partes p̄fesse sunt. O quot falsas clausulas interserunt. Aliasq̨ iustas abolent verba cancellāt: dictiones vitiant: in multorum lesionē atq̨ iacturā. O quot

Notariorum persone sunt publice lucra sunt propria

Notarij fidez sine p̄tio non faciunt.

Notarij iustitiaz ⁊ iniustitiaz vendunt.

Notarij oliz ex erario publico alebantur. Notarius seruꝰ iustitie.

neglectus:ne dixerim dolos:i iudicijs et contractibus cōmittūt:annos inditiones diez atq͂ locū ꝑtermittunt Nec testes adhibēt nature rei necessarios literas scripturamq͂ diuersificant. q͂ de re instrumēta suspecta aut dubia reddunt. O quot errores fraudes ꝛ machinamēta ab eis admittuntur. O b q͂s res inumera litigia: immortales contētiones ibi nascunt; vbi sopiri debuerūt Demū ꝓthocolla non retinent: ꝛ diuersa plerumq͂ ab illis instrumēta edunt. Plerię ꝓ literas cōtractus ꝛ instrumenta super vsuris ꝛ contra iuris ꝓcepta cōficiunt:paruifaciētes qd ex ea re ifames inabilesq͂ euadūt O quot collusiones agūt in iudicio quot deceptiones apud iudicē. quot falsas attestationes. quot superfluas dilatiōes quot acta inutilia scribūt; vt crescat registrū ꝓcessusq͂ i ꝓtio augeatur. Taceo q͂a excessiua salaria exigūt crimen concussionis non verentes oia ꝓtio agūt nec calamū q͂dez manu capiūt:nisi pecunia assit.taxas excedunt:de quibus Grego. dicere videt quia multo sceleratius ille accipit q͂ alius offert. Hi certe crudeliores sūt illis latrōibus qui insidias adhibent. Nam isti palā rapacitatis auaritia seuiūt:ceteri eni hostes i suorum tantū hostiū sanguine armantur assissimi in quorūdā hoim necem pecunias accipiunt: isti vt crudelissimi carnifices:duiū amicoꝝ:cūctorū q͂ hominū oppressione letant. omniū litigantiū vitam extingūt. Quid ei ꝓdest iustū habere iudicē, sed rapacem notariū. Hic Isidor' ad delictū ꝑtiet iudicis iprobos habere ministros His forte q͂d ad rem locupletes sunt notarij: nunq͂ egētes. vbiq͂ honorati ;quod et ego fateor Sed et illud Ciceronis semꝑ verum esse putaui. nil fore vtile: nisi bone stum iustumq͂ sit: nil honorificū nisi in v̄tutis radice q͂ gratuita ē fūdetur. Nam: vt idem Cicero subdit: Nullū emolumentū ē fallere:nullū commodū lucris inhiare:splendorisq͂ nomen amittere. Adde q͂a vtilitas illa familiaris, non potest tantū afferre quantū auferre. q͂ enim alia cā Gezabel omni seclo maledicta erit. nisi q͂a ei' nō vero testimonio Agab rex vineam abstulit Naabotb. Ea de re eidem Gezabel dictū est iussu domini. ca

Notarij oia pretio agunt.

nes comedent Sezabel. Denique vt paucis multa conclu dam. notarius cupidus. rempubli. offendit: deum con temnit. Cui se iureiurando astrinxit: iudicem mentien do decipit: partes ledit. De his Augustinus dicere vi detur quia similes sunt locuste animali pestifero: nocet enim mordendo. consumit nocendo. Nisi ergo abun dauerit nostra iustitia plusquam similium scribarum: spem non babeamus consequendi fructum iustitie qui est regnum celorum.

¶ Caput. xxi. de exercitio agriculture: et de laudibus et commendatione huius naturalis et innocentissimi exercitij. et de vtilitatibus generi humano ex illa proue nientibus: et quo modo deo acceptum est.

Agriculturam optimum esse viuendi genus nemo ambigit nisi qui viuere nescit. Hic enim vite modus primus omnium est: a deo altissimo humano generi tributus. Dictū est enim homini in sudore vultus tui vesce ris pane tuo. nec dixit in sudore vultus alieni. vt in cete ris officijs et viuendi modis liquido contingit. in quibus alieno labore alienoque sanguine et sudore plurimos pasci et nutriri: quinimo et lasciuire: videmus nequaquam enim deus ho mini hoc exercitium precepisset: nisi primū innocētissimū deinde ei gratissimum agnosceret. Hoc denique vite ge nus veras naturalesque diuitias gignit: alia exercitia in dustriales: et vt ita dixerim: adulterinas diuitias cōpa rant igitur inter vtrasque diuitias illa est differētia: quo niam prime humanum genus sustinent. secunde corrū punt. prime delectant: secunde cruciant. prime satiant: secūde augunt. Quod enim tam felix vite genus esse pōt quā naturalibus insidere laboribus: et possessiōes: agros que ad vbertatem pro communi omnium vsu deducere. Quarum rerum innocentissima cura: ceteras oēs noxias cu ras fugat. Gesserunt agriculture vsum nō solū antiqui prime etatis sed et omnium etatum viri prestantes atque clarissimi: nec modo publica officia: quinimo et impe ria: magnaque fastigia: huius cupidine atque dulcedine di miserunt. Hanc Cato censorinus exercuit: de quo scri

Agricultura innocentissima a deo precepta

ptum est optimus senator arator; optimus imperator. Quem igitur pudebit cum Catone terras colere. quis turpe cogitabit quod ille pulcrum elegit: qui preter rerum gestarum gloriam etiam in nostris hispanijs preclarissime triumphauit. Denique in ceteris huius mortalis vite occupationibus; vacant homines artibus i hoc nature: in ceteris vacant sagacitati: in hoc sancte simplicitati: in alijs superfluitati: in hoc necessitati: in ceteris vacant ornatui: in hoc victui. in ceteris vacant homines paucis aut multis in hoc omnibus. Qua ratione ceteris viuendi modis iuste antefertur. Teste enim philosopho: quanto aliquid est communius: tãto ẽ preclarius. Est ergo illud vite genus eligibile quod pluribus confert: et paucioribus nocet. Demum non parum huius vite preconium auget. quia cessant in hoc viuendi modo ea omnia diuine offensionis et peccandi incitamenta: ac pmpte actiões: q̃ alijs negotiationibus sese vltro offerunt. Ut enim quidã ex sapientib⁹ ait. int hominũ vitia viuere: et vitia hoĩnũ vitare: nõ tã pclarũ q̃ra rũ: nec tã laudabile q̃ difficile est. Quis enim i agro laborans: aliena vsurpat. quis deierat: q̃s/blasphemat: quis superbit aut q̃s irascitur: aut inuidet q̃optare sibi soli bona nõ põt: q̃n alijs eueniant. Quis denique agriculture intẽdens inimicat: Quid aliud odit nisi grãdines: cui maledicit nisi tẽpestatibus: quid denique auare cupit: nisi ea q̃ alioꝝ. nõ sũt. Sed et q̃s fornicat: quẽ nõ ciboꝝũ ptiositas: sed fames et paupercula mẽsa spectat. Et demũ ipsa lacertoꝝ lassitudo et diurnus tot⁹ labor: dormire potius; q̃ lasciuire cogit. Rursus i ceteris vite occupationib⁹ illud cõmunissimũ est: vt quãto hoies pluris emolumenti aut census habent tanto min⁹ deo retributiõis et honoris tribuũt ita vt verũ sit illõ pphete q: sacietas panis causa sit iniquitatis i hoie: i hoc tñ viuẽdi mõ plus oib⁹ deo redditur: et vt ita dixeri3 plerũ q̃ plusq̃. quis hʒ deo offert. Nonnunq̃ em oblatis deo decimis: expensisq̃ deductis: nil superest nisi labor. Adeo: vt plurimi anni etiam vberrimi agricultorib⁹ ipsis steriles sint. Recte igit antiquũ verumq̃ i Hispania

Agricultura pluribus confert paucioribus nocet.

Agricultura dormire potius q̃ lasciuire facit.

Hõ q̃nto ditior tanto minus retributionis deo tribuit

prouerbiũ fuit: quia agricole martyres habentur. Ne
q̧ eni semel sanguinem fũdũt vt pinguiorem terram ho
minum vsibus reddant: sed dietiʒ sudore ⁊ cruore ma
dẽt: vt nos viuere possim⁹ ⁊ suis tormentis et assiduis
cruciatib⁹ foueamur. His ergo monitionibus suade
bant affines agriculture vacandum: ⁊ si non persona
liter: per seruos saltem: ⁊ colonos: vt mos est plurimoꝝ
virorum illustrium. Sed nonduʒ illi verba finierant: ec
ce mater occurrit: hunc viuendi moduʒ summopere dis
suadens rationibus sequentibus.
¶ Caput. xxij. de agriculture incommodis oneribus dif
ficultatibus ⁊ laboribus. ⁊ de aculeis ⁊ miserijs huius
status: ⁊ narrantur pulcra de hoc viuendi genere: circa
eius sollicitudines ⁊ anxietates. ⁊ quomodo repugnat
p̄claris ingenijs: ⁊ quales debent esse agricultores.

Audatus satis a vobis est agriculture vsus quem certe necessarium atq̧ delectabilẽ fo re: nemo est q̄ ambigat. habet tñ aculeos suos: vt eni inq̄t Plini⁹ in eo quẽ edidit de naturali historia libro: agricultura innocentissime atq̧ beatissime vite quondam initium fuit. Nunc vero maioribus longe laboribus: nouisq̧ vitijs obnoxia est. Ut enim in Georgicis Uergi. ait. ⁊ primo a diuina scriptura didicimus non vtiq̧ homo terre et agris: sed terra homini seruire debuerat. Hominum ergo culpis effectum est: vt terra possessoribus suis: sine labore non respondeat: ⁊ plerumq̧ labor ipse fruct⁹ dulcedine careat. Mortalis ergo indigentia atq̧ necessitas terram ferro sollicitare: mirisq̧ blanditijs mollire coegit. in qua colenda quot labores; quot corporis: quot animi sollicitudies homines perferunt: nemo nouit: nisi qui terram colit. adeo vt verum sit illud Petrarche: qui triticuʒ seminat: seminat ⁊ sollicitudinẽ. Et iterũ quod poeta dicit. Quia granũ plurimorũ est: sed anxietas seminantis ita vt proprie loquendo ager animus sit cultura itentio. semen cura ⁊ messis labor: q̄s res agricultor vberrime percipiet leta vindemia; dum tamen cũ pruina ⁊ grandine pepigerit. O quot inuti

les araturas: quod mortaliū hominum anxias curas agricultura affert: et qui per anni circulum diligentias egit plurimas: vnius hore rabida tēpestas abstulit: ꝙ si celi tranquillitas adsit quanto plura seminasti: tanto plures necesse est pascas grues: pluresqꝫ domi mures volucres deniqꝫ hospites habebis inuitus. Nec eni no tiora agricolis sunt: quos nescio: quid ad seminandum cogat: nisi qꝛ ita diuina prouidentia voluit: vt ꝛ si labores: pericula: agricola experiatur, laborare tamen non desinet: quem spes plerumqꝫ delectat sine fructu. Demū vero illud certissimū est: multis tamen incredibile: qꝛ in colendis agris: ornandisqꝫ vineis vix fertilitas sumptibus equatur. Adde: quia vt Grego. dicebat: bonum est agros colere: si nihil meliusquod fieri possit inuenitur. Agriculture igitur hac nostra etate operam dare: non est viri excellentis aut prestantis ingenij: nec pro arte: nec pro officio aut negotio: sꝫ pro otio ꝛ curarū alternatione: vel ipsa cogente necessitate laudabile. Nec enim ars terram facit meliorē: non quidem intellectū meliorem: vires intellectiuas non perficit: sed exteriores exercet. Qua de re iuste sapientes agriculturā inter mechanicas computarūt: vt inferius tangemus. Et hec putatē causa quare philosophus in septimo politicorū agricolas nec mercatores ac artifices ꝛ mercenarios: licet sint artes necessarie in ciuitate: non tamē sunt ꝓprie artes ciuitatis: quare non veros ciues Aristoteles appellat: sicut consiliatiuos sacerdotes ꝛ bellātes ꝛ iudicatiuos: prout latius diximus supra in capite quinto. Ut eni inquit vnus ex philosophis. Natura studiosa parens dū multas mortalibus artes dedit. distinxit etiaꝫ ingenia: ꝛ cui quis aptissimus reperitur. illi recte insistet. Indecēs nāqꝫ atqꝫ indecorū videtur: debile corpus: fragilesqꝫ lacertos: sed docilē animū habentes: colēdis agris insistere debere. Pulcrū igiē est atqꝫ officiosum: aliud melius agere non valentibus agros ipsos arare: sed longe salubrius foret non agros: sed animos colere. Ueruꝫ est tñ ꝙ terrena animalia terrā amāt. Rursus satis innocentia agricolarū exercitia verissime fore puto: si t a

Agricultorez spes plerumqꝫ delectat sine fructu.

Antiqui agroꝝ cultores innocētes fuerunt.

les ipsi agricultores forent. quales antiqui illi innocentissimi et simplicissimi erant et quales eos debere esse legimus non quales experimur. Illi enim cũ patientia et lõganimitate labores ferebant: cũ frugũ abundantia deum laudantes: cum sterilitate minime murmurantes sed cũ Job patriarcha dicentes. Dñs dedit: dominus abstulit. sit nomen eius benedictum. Sed et tales primi illi agricultores erant. q̃ vt cum propheta loquar gladios vertebant in vomeres: et lanceas in ligones. Agricole vero nostri temporis aratrum: stiuaz: rastrumq́ vertunt in arma. non modo defensiua: sed et offensiua: deum decimis: regem vectigalibus fraudant: fines fundorum confundunt: vel sibi applicant. ecclesiam nõ reuerentur: cõtra dominos superbiũt. foros frequẽtant: per seruos conductitios agros colũt sed per seipsos i iudicio litigant. cum per alienos in agros laborant. et dum suũ deserunt officium aliena periculose vsurpãt. Ibi pcbdo lor auaricia supbia pompa ornatu vario. ampla supellectili. fraudibus deniq́ dolis: litigijs et versutijs: cunctos negotiatores vincũt. Martyres autem quo pacto tales agricolas appellem: non video: causa enĩ martyrem facit potius q̃ tormenta. Agricultores igitur nostri temporis martyres terrene cupiditatis, non xp̃i dixerim Et: vt paucis agamus: sicut terram colunt sic penitus terreni sunt: vt de his recte dicat. Ipsi vero terrã lingẽt et terram comedẽt nec de celestib' cogitãt q̃ semper de terrenis loquũtur. et meditant. sibi iuicẽ iuidẽt alios abhorent stat'. Sed plerũq́ castigat eos de' in eo delicti generi: q̃ peccãt. Dignũ em̃ est. vt q̃ in terrã: que omniũ elementorum humillima et vberrima est: per superbiã et auaritiam peccant: eiusdem terre bonitate priuentur Ideo dat illis deus terrã fructiferam in salsuginem propter malitiam habitantium in ea Quo fit: vt terraz sui natura fertilẽ illorum iniquitas faciat sterilẽ. sz vix bona mater dissuasiõis agriculture verba expleuerat: et ecce fr̃es cõsanguinei pariter et amici: si nullum genus vite placebat ex illis maxime q̃ sup̃ discussa sunt saltez mechanicas aut liberales artes seu aliũ viuendi modum

Agricultores deũ decimis regẽ vectigalib' fraudãt

Agricole arma sumũt et cõtra dños supbiunt.

Agricultores terram sui natura fertilẽ faciũt iniq̃tate sua.

etiā si foret aliquod exercitij genus cui plebei homines sese conferre solent: mihi ipsi diligerem: idq; sequenti persuasione agere non erubuerunt.

¶ Caput. xxiij. de artibus mechanicis in genere & utilitate earum: & quot sunt artes mechanice: & qualiter earū exercitia prosunt: & quomodo diuerse artes sub eis comprehēduntur. & demum deducit q in dictis artibus plures viri clari euaserunt: & q mediocritas vite mechanice non est despicienda.

Repudiata sunt a te inquiūt amici ea viuendi genera: que nobiliora atq; honoratia in hoc seculo videnē in quibus fere cūctos ingeniosos & studiosos: ac nobiles viros versari cōspicimus. Si igitur occultis incognitisq; nobis causis nullū ex supradictis eligere pponis: nos q te plurimū diligim⁹: & posteritatē ex te q̄maxime peroptamus quā vtiq; perderes: si ad spiritualē vitam transires: te plurimū nō modo rogamus sed monemus atq; hortamur: vt saltē artifex fias alicuius honesti aut plebei exercitij. Sunt enī preter nominatas artes & viuendi genera: alia cōplura exercitia & viuēdi genera nō inhonesta: quibus & si plebeos hoīes cōmuniter videamus deditos: alios tamē ingenuos natura hoīes: quibus ita fors illorū tulit: aut ita voluerūt: vel natura ipsa inclinantur: sepe conspicimus artes exercitiaq; ipsa delegisse. Preeligūt certe nonnulli sub illa mediocri vita agentes: seculi huius breuē cursum innocētes transigere q̄ sub magnis statibus periclitari. Adde: quia plurimi in eis ipsis infimis artibus clari euaserunt: qui tandem ad altiora sepe vocati fuere. Nō enim artes ipsaq; exercitia animos hominum virtutemq; penitus immutant nisi fedissima sint. Elige igitur aliquam ex mechanicis artibus: quas ipsa omnium parens natura ad vsus hominum pernecessarias instituit: quas nequaq̄ ipsa prouida gubernatrix natura nobis donasset: si non necessarias: si nō vtiles: si nō honestas iudicasset: & suos sectatores btōs faceret. Sūt enī: vt nosti: artes ipse

Artes mechanice vtiles et necessarie.

Mechanice septem numero.

mechanice septē numero: ad quas cetera oīa vite genera corpus respicientia: teste philosopho in politicis: reducūtur: videlicet lanificiū: armatura: siue ars fabrilis nauigatio: agricultura: venatio: medicina: theatrica. Sub lanificio vero plurima vite genera includūtur: puta texendi: torquēdi: suendi. et que sunt manu: acu: fuso: rota: fibula siue alijs instrumētis: et cetera omnia q̄ in materia: lana: lino: pelle: pilo et viminibus cōtinent. Armature vero adaptatur quicquid armorū est et quicquid ferro metallisq̧ continet: sub qua aurifices: metallarij: monetarij ac alchimiste militant. Vocatur aūt ars ista instrumentalis: non solū q2 instrumētis vtatur: sed etiā q2 ex materia illa efficiat plura instrumēta: ad quā etiam pertinet omnis lapidū: lignorum et arenarū labor. Hec duas spēs habet architectonicā et fabrilē. Architectonice partes sunt: segmentaria: carpentaria. Fabrilis vero sunt partes: malleatoria: fusoria: sculptoria et mīta alia similia vite genera. Nauigatio vero continet omnē negotiationem in emendis vendēdisq̧ mercib9: et in illis mutandis tam domesticis: q̄ peregrinis. Alij vero mercaturam ponunt speciem per se. Sed philosophus eam sub nauigatiōe designat: licet mercatura multis modis accidat absq̧ nauigatione. Sub agricultura vero quicq̄d in terra laboratur: intelligitur ad quā pertinet oīs agri cultus: et quicquid ad nemora ac pascua et ortos pertinet. Ad venationē vero ferarū occupatio aucupij: auiūq̧ volatus pertinet. Et generaliter ad eam pertinet oīs piscatura et venandi genus in terra: mari: fluminibus: vel aere. Item ad eam pertinet omnis apparatus ciborum: saporu3: potuū. Et generaliter omnia officia piscatorum: carnificū: coquorū: cauponū: tabernariorū. Sub medicina vero ipsa medendi ars et chirurgia continetur. Similiter et apothecariorū: pigmentariorū turba quibus iunge herbistas: et balneorū magistros: rasores et similes. Sub theatrica vero aptantur omnes artes ad ludos publicos et priuatos: ac diuersa spectacula pertinentes. Cui viuendi modo hystriones: bufones: representatores: tragici cōnumerantur. Dicta est eñi theatri

ca s͡m Isidorum et Hugonem a theatro. ubi populus ad ludos conueniebat. Fiebant autem ludi in theatro ubi etiam gesta recitabantur. In gabellis vero choreas ducebant et saltabant. In gymnasijs luctabantur: in amphitheatro certabāt pedibus: equis vel curribus: in arenis pugiles exercitabantur: in cōuiuijs rythmis et musicis instrumentis psallebant: et alea ludebant: in phanis tempore solēni deorum laudes canebant. Antiqui namq ludos inter legitimas actiones cōnumerabant: quia temperato motu naturalis calor nutriebat in corpore: et letitia mētis reparabatur. Uel quod magis credendum est: quia necesse fuit populū aliquādo ad ludū peruenire. Et voluerunt: vt inquit philosophus: determinata esse loca ludendi: ne in diuersorijs priuatisq locis conuenticula facientes probrosa et contumeliosa aliqua perpetrarent. Huiusmodi itaq mechanice artes et viuendi gr̄a honestissime a quolibet honesto viro valēt exerceri. Nam et sacra scriptura huiusmodi necessarias artes cōmendat: inquiens in ecclesiastico. In manu artificis oīs opera laudabitur. Unus ex pphetis ait. In porta regis artifices negotiant. Aut si forte ceteras artes ingenio preditas peroptas: elige tibi liberales artes: presertim quatuor vltimas: quas mathematicas vocant: que plerūq magno splendore homines eas sectātes illustrant. Legisti Sulpitiū gallū astronomū plurimum honoris et vtilitatis attulisse romanis: qui cū bello proximi essent cōtra Persas: ea nocte luna ecclipsata est: quo signo stupefacti romani deliberabāt bellum non cōmittendū. At Sulpitius gallus astronomus publice pronunciauit non esse malū omen: adducēs rationes astronomicas quib' suasit populū bellare: qđ effectum est cum ingenti romanorum victoria. Sic et apud Athenienses cū sol pateretur ecclipsim: plurimi ne esset mundi finis timebant. Sed Pericles mathematicus: per rationes astronomicas patriam falso timore liberauit. de cuius scientie laudibus atq abusu latius infra agemus in. xxxvj. ca. Sed de mechanicis et humilibus artibus q̄pluries claros euasisse cōpertū est. Legisti Ai Astronomi quidam laudati.

ssppum pictorē ita ab Alexandro fuisse dilectū ppter faciem ꝛ staturā eius mirifice depictā: vt eum ad magnos pueheret honores. Quid de hystrionis arte dicemus. Legisti de Roscio hystrione: qui tam excellens in ea arte euasit: vt romani nunq̄ meliorē illo testarent. Nam tam mira corā populo operabat: ꝛ tam preclare ludos in theatro celebrabat: vt ingentē romani ppli dilectionem consequeret. adeovt senatus nobilibus eum aggregaret. Adde Socratē ipsum fontē sapientie: qui artem affectauit cytharisandi: in qua tam clarus euasit: vt illam nobilē artem sue ciuitati incognitā superadderet. Quid de Tito dicam qui adeo pauperi ꝛ vili officio vacabat: vt publicanus esset: ꝛ cum gabellas pretio colligeret: tam fideliter tñ in eo officio se gessit: vt ppter eius dignitatē probitatē ꝛ fidem creatus a romanis consul fuerit: in quo mirifice se gessit. Quid de Uarro qui carnificis officio fungebat: propter suas tñ virtutes consul a romanis creatus est: sed quid ista cōmemoramus. Legisti apud Strabonē regi egypti filiū natum esse quem nullo studio trahi posse ad artes militares ferūt vel sciētificas: sed inclinabatur natura ipsa ad artē fabrilē: videbatq̄ libēter fabros: ꝛ ad eos cū poterat declinabat. Idq̄ rex conspiciēs de sapientū consilio eū suo arbitrio reliquit: qui tā famosus in arte fabrili euasit. Et tā egregia machinarū ꝛ ferramentorū presidia patri attulit: vt longe plus ei ex illa arte q̄ ex militia profuerit. Non est ergo despicienda vita mechanicarū artium: ꝛ multo minus mathematicarū. Nam si electione quis mediocrem ꝛ humilē statum assumit. hoc certe perfectionis signum est. Beatus em̄ predicat: qui in magnis potuit transgredi ꝛ non est trāsgressus: tales em̄ sublimari hic in superna ciuitate merent. Unde Grego. exponēs illud Dauiticū. Nōne cum paruulus esses: in oculis tuis caput israel factus es: Quia: inq̄t: paruus tibi fuisti: magnus coram me fieri meruisti. Tāto em̄ pretiosior quis apud deum existit: quanto sibi abiectior fit. Hinc cassiodorus. Laudata est virorum sententia: que rebus modū imponit: ꝛ nos humilius cōsyderare docet: q̄ de nobis

Socrates appetijt artem cytharisādi.

amici expectant: qr plerumq; non faciat quod bonum putatur. Et iteruz optimū est moderata gerere: que nullus audeat accusare. Non est deniq; diffidendū de sectatoribus humiliū artium: qr in eo exercitio humiliter et fideliter agentes: facilius q̄ in maximis administrationibus constituti: viam salutis consequi possunt. Adde: quoniam deest illis materia: desunt artes: desunt studia ceteros decipiendi & malignādi. Maiores vt inquit propheta: sapientes sunt vt faciant mala: bona autē facere nesciūt. Preterea alij ad alia apti nati sunt: quos forte sua naturalis inclinatio ad parua iuitat. qui si magna tentant: deficiant necesse est. Debet ergo attēdere vnusquisq; in se ad quod melius natura inclinatur. Vñ Ambro. vnusquisq; ingeniū suum nouit. ideo ad id se applicet: quod sibi aptum videt Cice. ad suam cuiusq; naturam consiliū est omne reuocandū. Et Sene. Male respōdent coacta ingenia. Reluctante enim natura virtus labor est. His & similibus amici & cōsanguinei persuadēt aliquā ex predictis artibus q̄ citius fore eligēdā. Sed pia mater timida: & ex his que pauloante audiuit stupida illico in hec verba prorupit.

Humiliū artiū exercitia tutiora sunt.

¶ Caput. xxiiij. de dissuasione in genere vite mechanice & licet sint artes necessarie: tamē non est necessariū illarum habere exercitium. Item in rubricella sequēti agit quare mechanice artes inuente sunt: & quis sit illarum finis: & quare sic appellent & an sint vtiles ingenijs hominum: & an artifices sint veri ciues: & partes ciuitatis.

Ateor fili mi magna est vis quibusdaz hominibus in dicēdo. Nā: tuo Cicerōe teste: tanta est copiose dicētis virtus: vt quot q̄s audit: etiam si eaipse sciat: noua se audisse arbitretur. Quid enī prestātius q̄ posse dicendo tenere hominū mentes: & allicere plerūq; volūtates ad ea: aut q̄ ignoramus: aut aliter scimus nisi certe perspecta cognitaq; res ipsa esset: super qua pauloante locuti sunt amici et attinentes tui: fecissent profecto intima verba sua: vt tandem illis acquiescerē: sed verum est fili mi. quia; Aristote. teste; quedā falsa proba

Magnaz esse vī dicēdi & psuadendi.

biliora sunt: quibusdam veris. Adde: quia ut sapiens ait ubi plurima verba: ibi inopia. s. veritatis et iustitie. Quippe loquar saluo omnium honore: loquar tamen cum sapiente. quia stultus verba multiplicat. Et iterum. qui multis verbis utitur: ledit animam suam. Unde Grego. super illo verbo. vir ventosus non iustificabitur: qui multa loquitur: iustificari nequaquam potest. quia dum quisque per verba defluit: perdita grauitate silentij: mentis veritatisque custodiam amittit. Habet enim hec omnis veritas. quia non multis nec ornatis verbis eget simplex est. et simplicibus contentatur sermonibus. Unde August. satis est ut verba congruentia: non oris eligantur industria: sed pectoris sequantur ardorem. Hinc pulcre Tullius: ex verborum splendore et dicendi festiuitate suspitio quedam artificiose apparitionis nascitur. que maxime orationi vim adimit. Et Sene. Nihil tam iniquum quam manifesta verborum preparatio. apparet enim subesse: nescio quid mali. Redeo iam fili mi ad verba amicorum: plurima certe adducunt. quibus te ad plebeam: ad fedam: ad turpemque vitam ducant. Malunt enim ut aiunt vilissimis te artibus deturpatum. sed prolem habentem intueri: quam egregijs artibus aut nobili viuendi modo imbutum filijs carentem. Ceca est enim nisi fallor mens hominum que prolis pariter periture fecunditatem potius quam virtutis et vere felicitatis amico peroptat. Audi igitur fili mi ne dimittas legem matris tue. et in primis illud Chrysostomi cordi semper habe. quia omnino iniquum est nobiliora ingenia studijs deturpare minoribus. Noui ergo vires intellectus tui: quare ut cum tuo Seneca loquar ad aliud te natura edidit: quam ut sis seruus cum liber existis. Teste enim philosopho. Artifex artium mechanicarum speciem quandam seruitutis patitur: dum intellectu vigens qui liber est: rebus intellectu minoribus seruit. Adde quia in eis ipsis artibus doli: fraudes: labores: et pericula non desunt. Unde apud Machabeos etiam legitur. Omnes artifices: et operarij iniquitatis contriti sunt. Cuius etiam causam scribit sapiens in prouerbijs: Quia opus instabile: facit impius artifex. Hinc etiam esaias. Multitudo inquit hominum

Mechanicis artibus doli et fraudes non desunt.

Et dum verborum sauitas queritur: vera rerum sapientia amittitur. atq utinam tantus hodie esset hominu labor ad recte beateq viuendum quantus ad ornate bene politeq dicendum. Hinc firmianus Lactantius: Utinā tam multi benefacerent: q bene loqui videntur. Adde quia pleriq ea vtuntur non ad salutem sed ad pnitiem. Acerbissime quidē illud referendum quippe & dolendum arbitror: vt videlicet ea que: teste Cicerone: a natura data est. ad bonorū hominum conseruationē in pestem et nocumentum vertatur Simplex enim est veritas et recta splendore aut verborū lenocinio non eget quinimo: vt quītilianus ait. suspecta est cū ornatur. fingere nescit. Nam quoniam: inquit fabricabit figmentū que vix elimatum depromit sermonē. ipsa vo perornata locutio plus proferre: q conferre solet. Ut verum sit: qd quidaz sapiens ait. Quia garrulosa dicendi festiuitas plus sonat quam valet Multumq habet inanitatis & vacui. Idq prudēs Seneca non negauit: dum in declamationibus dicit: Quia raro hec inter se coeunt: vt eadem vox sit dulcis & solida. Hinc Didimus ad Alexandrum. artem inquit bene loquendi non discimus nec facūdie rhetoricoruz oratorumq operam domus. Cuius officium est fabulantes sermonibus figmentare mendacia: et innnocentie fidem conferre criminibus: q dū plutant se aliene laudis fructū per iniquam victoriam rapuisse: nesciunt se sue conscientie perdidisse nitorem: vt recte experiantur illud Lactantij. quia multis sua etiā facundia mortifera est. Rursus veluti ipsa artificiosa dicendi ars suos alumnos decipit: sic & ab eis fallitur: parem q ei vituperij vicez reddūt: dum eloquentie aut rhetoris falso nomine gloriantur. eamq tanto fedius deurpant quanto nullam partem eloquentie attigerunt quippe nominari eloquentes delectantur: qui nondū qui inceperunt ne dixerim didicerūt Est enim moderorum hominum ingens numer' qui in eo se veros rhetores perfectos atq facundos oratores euasisse putāt: post pauculas q̄bus insudarunt grammatice literas postergatis ceteris p̄claris scientijs: q ipsā eloquentiā

nedum illustrant: sed conficiunt: illico facūdie studijs se dedāt librosqꝫ Cicerōis ꝛ si vis nr̄i Quintiliani perlegant. Longe certe aliter idē Cicero. moderna deplorās tempora in eo libro sentiebat: quē de oratore ad quintū fratrē edidit. Longe secus et ipse Quītilian⁹ cū de oratoris institutione ageret. rarū enim aut nullū fatentur optimum esse ea etate oratorē. Cuius rei illam asserunt non insulsam fore causam. Nam oratorem inquiunt in omni sapientie genere persuadere oportere: vt q̄ alibi dicit: cum splendore dicendi proferat. adeo vt qui verū oratorem audit scire et intelligere plusquam ceteri arbitretur. Quod vtiqꝫ nisi diuersis sapientie titulis lustretur: efficere non valebit. Quo enim pacto in sacris literis ille persuadebit qui eas nusquam legit. Quoue in naturalibus qui Arist. non vidit. Quo modo in moribus aut iure ciuili potabit: qui earum scientiarū ne dixerim expers est sed nec principia nouit. Ea de re Cicero mirari desinit paucos admodū fuisse oratores: cum eos aut omnia aut multa scire oporteat. que omnia homines complecti perquam difficile est. Hinc Augusti. in de doctrina christiana ait quendam sapientē dixisse: quia oratorem oportet non modo delectare: sed docere nec modo persuadere vt flectat: sed vt vincat. Constat itaqꝫ ea omnia non nudis verborū folijs: sed multiplici sapientia comparari. Talis ergo eloquentia a sapiente prolata omni dulcore mellis dulcior est: de qua in ecclesiastico scribitur. sapiens in verbis amabilem se reddit. Ut igitur partes laudate eloquentie quis assequatur necesse est varia scientiarum supellectili constipatus existat. idqꝫ in prouerbijs Salomō permonuit inq̄ens. Stude sapientie vt possis digne proferre sermonē. Qua sententia contemptibilem asserit facundiam: nisi scientia ꝛ sapientia fuerit condita. Fateor ergo hominum mens hodie deprauata quīnimo et penitus obcecata est: adeo vt frondes pro fructu capiant ꝛ fumo pascantur. dum se igni appropiquare putant. Hoc est certe illud tempus quod Apostolus ad Timotheū presignabat. cum poetarū fabulas ac figmenta pro verita-

te ac sana doctrina fideles accepturos in spiritu deplo rabat cum ait. Ueniet ergo tempus cum sanaꝫ doctri nam non sustinebũt: sed a veritate quidẽ audituꝫ auer tent ad fabulas autem conuertentur. Adde quia teste August. Cicero ipse ꝛ ceteri qui rhetoricam docuere: fas si sunt eloquentiã sine sapientia obesse plurimum: ꝛ p deesse nũqꝫ: sapientiam vero sine eloquentia plurimuꝫ p fuisse. Hic Apostolus ipse vas electionis ad Chorintbi os de se loquens palam fatetur se imperituꝫ fore sermo ne: sꝫ non sciẽtia ꝛ sapiẽtia. tantũ tamen profecit. quãtũ mũdus capere potuit: ꝛ humana ingenia sufferre value runt adeo vt plus ceteris doctrina ꝛ predicatione pro ficiens vnꝰ ipse doctor gentiũ meruit appellari. ipse de niqꝫ ꝛ si rethoricis coloribꝰ non vsqꝫ quaqꝫ vtebat: adeo vtiliter disputabat vt omnes sua sapiẽtia superaret nõ vtiqꝫ vt ipse alibi ait vicebat i persuasibilibꝰ humane sa pientie verbis q̃ ad eloquẽtiã referunt: quare fideles sũ mopere admonet: ne decipiant: i sublimitate sermonis. Nouerat enim qd ad eũdem sensũ iob dixerat: frustra inquit homo aperit os sum et absqꝫ sapiẽtia verba mul tiplicat. Nec idipsum gẽtiles veteres qui eloquẽtie stu dia miro cuderũt ingenio negare vident q̃ppe arbitra ti sũt eloquẽtiã nõ debere iudicari atqꝫ laudari verboꝝ solo splẽdore sꝫ scdm grauissimas sententias a vera sapi entia sapiẽter elicitas vt explicare libꝫ ꝛ gratia exẽpli dixerim. in conficiendo dyademate siue anulo absqꝫ proportione longe plus conferre videtur qui carbun culum qui gemmas: qui aurũ offert quam aurifex qui modo ea auro ligat formãqꝫ simplicem adijcit. Omnis itaqꝫ referta oratio gemmis sapientie ꝛ sentẽtiarũ pon dere perficitur non solis verborum flosculis parum er go substãtie vel virtutis: aut solide pulcritudinis ora tioni afferre videtur: qui solum rhetorice et eloquen tie vacat: veluti qui nuda ex aliena pretiosaqꝫ mate ria verba ligat. Qui vero non mendicando sed sua dif fundendo pretiosiora ministrat: longe pluris confer re visus erit. Famulatur itaqꝫ: teste Augustino eloquẽ tia sapientie. Nec mirum vt Hierony. ait ad magnum

Eloquentia vt sine sapientia nocet: sic sapientia sine eloquentia p dest

Argumẽtum prefertur stylo

oratorē ſi propter eloquij venuſtatem ⁊ dicendi ornatū ſapientia vt domina ea vtatur ⁊ aliquando de ancilla atq; captiua ꝑpter ei⁹venuſtatem faciat liberaꝫ israeli tem: que ⁊ tamdiu honorata incedat. quādiu domina ſe quitur. ſitq; cōtemptilis: cum ſola abſq; domine ſplēdo re prodire ⁊ placere geſtit. Poſtremo audi quid Augu ſtinus dicat. Ait enim. Quia eloquētie ſolum vacantes minime ingenioſi habentur. Quid eñ: inquit prodeſt clauis aurea ſi aperire nō poteſt Aut q̄d obeſt lignea ſi poteſt Agam igitur finem ſi illud vnum dixerim: quia qui ſine ſapientia eloquentiam profitētur. vanitati in niti fatentur. Nam nudo vrborū ornatui vacātes: hu manitatis ſtudia ſe iactāt aſſecutos. Cū enim teſte ſapi ente vana ſint ſtudia bolum recte ortorū exercitia ſtu dia humanitatis ſunt quippe ⁊ vanitatis dum vanita ti ſermonis incumbunt quos pulcre idem ſapiens alibi digito tangit Uerba inquit proferūt plurima multaq; in dicēdo ⁊ diſputādo vanitatem habētia Sed ⁊ Hiere mias ad eundem ſenſum. Doctrina: inquit vanitatis eorum lignum eſt argento inuolutum. Lignum: inq̄ ſic cum eſt atq; aridum: idq; vt ſplendeat argento inuolui tur. Nec aliter rhetorum verba arida ſunt: veluti nullo ſapientie humore aut ſentētiarū ſplendore humectata: quare vt fulgeant argēto nude eloquentie ſuperinuol uuntur. Quo fit vt veriſſimuꝫ ſit eos ſtudia ſequi huma nitatis que potius vanitatis. Adde q̄ diximus in prefa tione huius libri que incipit. Uerū vbi aliquid diximus vſq; ad medium capitis.

Humanitatis ſtudia vā dicta.

¶ Caput. xxvij. de Mathematicis ſcientijs ī genere: ⁊ de earum ortu ⁊ fine.

Athematice vero doctrinales vocantur: q̄ per certas demōſtrationes quātitatis cōti nue docent. vt ſtati ſubijciemus. Has phūs metaphiſice cōmunerat: ⁊ cū illa cōueniūt quia vtraq; conſyderat de quantitate conti nua: ſed diſpariter. Metaphiſicus enim conſyderat de omnibus quantitatibus pro vt ſunt entia: vt ait philo ſophus libro. iiij. metaphiſices. Sed mathematicus cō

syderat de quantitate vt de subiecto: et de illa principaliter agit illamque demonstrat. Et quia quantitas multiplex est: aut saltem quadruplex: ideo quatuor sunt mathematice. Prima enim et nobilior quantitas est circa dimensionem omnium celestium corporum in se: et inter se per distantias et dimensiones adinuicem: etiam respectu motus et situs illorum et circa istam quantitatem versatur astronomia. Alia est quantitas respectu auditus circa sonos et voces. Nam humana curiositas videns in sonis esse delectamentum: quesiuit causam eius: vt sibi posset per artem tales delectationes facere et continuare. vt dicit Boetius in primo musice. Unde docuit quantitatem vocum sub vna concordia et consonantia sonorum coniungere: et in vna proportione numerali deducere: et hanc proportionem et quantitatem sonorum vocamus musicam. Tertia quantitas respectu numeri versatur que dicta est arithmetica: idest virtus numeri: quia considerat quantitatem numeralem et proprietatem eius vt ait Isidorus. Hec certe ars magne virtutis est: quia nulla aliarum artium indiget: alie vero hac plurimum indigent. vt ait Boetius. Quarta vero quantitas versatur circa mensuram que dicta est geometria idest mensura terre: que ortum habuit secundum Alfarabium in egypto. Cum enim post Nili inundationem possessiones omnes obducerentur limo. ad hoc vt deinceps possessiones certitudinaliter distinguerentur: ceperunt terram lineis et mensuris metiri et partiri. vt sic certi limites ponerentur in possessionibus. A tali igitur primaria mensura terre scientia mensurandi nomen accepit: que geometria dicitur. Postea vero creuit inquisitio eius: et deuentum est ad lineas: et circulos: et triangulos et ceteras figuras ad eiusdem artis perfectionem. Mathematica quadruplex.

¶ Caput. xxxviij. particulariter de prima scientia mathematica. videlicet de astronomia: et de eius laudibus et vtilitate: demum de illius incommoditate in certitudine laboribus et damnis.

Astronomia itaque prima est mathematica: et quam antiqui mathesim penultima breui appellabant: eamque vtilem probabilemque habuerunt: quia vt ait Policratus natura Astronomie vtilitas.

illam inducit:ratio pbat:z vtilitas z experientia appro bat:q̃ hãc sequunt: curiosiores sunt celestiũ:vt inuestigẽt de singulis q̃ sub lunari globo ɔtinent:vtil' certe ad na turaleseffect' p̃noscẽdos. Illa em̃ de syderũ motib' ma gnitudine z distantia pertractat. Euocat em̃ homines ab his tenebris z grosso aere z in superiorez illam luci dissimamq̃ celi domũ tot luminarib' distinctaz:oculos z animũ inducit.Est enim iucundũ fixas stellarum ima gines discernere:z erratica suis locis nominibusq̃ desi gnare:earũq̃ coniunctiões. Demũ solis z lune defect': longe ante predicere z preuidere:ex quibus plurima cõ moda consequimur:z non parua pericula z incõmoda vitamus. Rursus non est dubitandũ ex motu celestium corporũ plurimos futuros rerũ euentus dependere: pre sertim in illis qui ex nostro libero arbitrio non proce dunt.Unde s̃m doctrinam sanctorũ. Non sunt culpan di qui naturales effectus stellarũ et planetarũ nouerũt z predicũt. Nam z in genesi legitur.Luminaria celi ad hoc producta esse:vt sint in signa z tempora z dies z an nos:patet ex predictis excellentia et vtilitas huius ar tis. Uerum s̃m Alfarabiũ hec ars pro parte mẽdax est: z hominibus ignota. Quis enim hominũ hodie nouit omnium z tam diuersarũ stellarum diuersas naturas z effectus:z postea virtutes ex omnib' mixtas:vt cum cer titudine determinet euentus.etiam naturales in elemẽ tis et elementatis contingentes ; vt absq̃ dubio dicere possit: talium stellarũ coniunctio facit necessario sicci tatem:et taliũ coniunctio facit aquarũ abundantiam:z taliũ pestilentiam:et taliũ mortem diuturnam:z talium mortem celerem. indubie nemo nouit circa arcana ista certũ dicere:sed per coniecturas fallaces asserũt aliqua ex his que contigerũt aliquãdo z non accidit vniformi ter sicut dicunt:Et ideo astronomia iudiciaria fatua di citur:z infatuatiua eoꝶ q̃ sibi vacãt s̃m eundẽ Alfa. Ir ridenda certe z taliũ hoim dementia vt scire velint:q̃ in celo agunt:quasi cõsilio celestiũ interfuerint: atq̃ recen ter inde venerint:cũ tamen q̃d in terra:q̃d in domo vxor

Astronomia incerta certa diuinatio.

Astronomia fatua infatuat.

aut soror eius egerit: ignorêt. Noui ego quosdã astronomos vxores habere nõ satis pudicas: ipsi tamê de aliarum impudicitia coniectabant. Plurima itaq3 incõmoda humano generi ex his futurorũ perscrutationib⁹ mathematici afferũt. Sed vltra predicta eminêt alia incõmoda & pericula. Nam raro & difficulter sectatores huius artis intra moderationis metas cohibent: sed cupiditate quadam futura prenoscendi: ad diuersa vanitatum genera eius velamêto homines trahunt. vt teste policrato: non tam philosophie species: q̃ quedã impietatis disciplina sit: & tandê in mathesim pducta penultima cõuertat. Dilatant enĩ plurimi philaterias huius artis: vt constellationib⁹ & planetis nimium virtutis attribuant: & eis: nescio quam: autoritatê prestant in contumeliam creatoris. Et iuxta apostolũ. Ad sobrietatem nõ sapiêtes stulti facti sunt. Celestibus enĩ constellationibus attribuũt vitã & mortê: ceterosq3 euêtus hominũ predicere conant: & cetera que pater posuit in sua potestate: non attendentes que per prophetã deus ad illos irridês ait. Dicite mihi q̃ ventura sunt & dicã q2 dij estis. Sic igitur mêtes hominũ futura pnoscere cupientiũ illudunt vt tandem liberi arbitrij perimant libertatem: qui pariter & eis credentes vtinã illud considerarêt: q2 altissimus syderibus ac stellis tantũ dedit vigoris quãtum voluit: sibi tamen retinuit totius opificij principatum. Que omnia ipsi autori deo exhibêt famulatum: iuxta illud. Celi enarrãt gloriam dei. Adeo enim hi homines diuine prouidentie illius q̃ bonitati & potestati detrahunt: vt afferant aliquem faustum: aut fortunatũ esse posse: ex constellatione natiuitatis sue. A quibus: vt quidam sapiens ait: querendum esset: an credant ira dei quibusdam plerumq3 regna & dominia ablata fuisse simpliciter: et eius gratia et beneplacito alijs esse collata. Rursus non credunt: q eadem diuina ira vel gratia dei: aut aliquorum precibus potest placari: vt bona data non auferat: et mala merita non inferat: que omnia in sacris ipsis literis sepe facta esse legimus. Quod si ea vera fore credunt: necesse est illos etiam

Astronomie incõmoda.

credere: q2 contra voluntatē creatoris huiusmodi bona hominibus non proueniāt:nec eis auferant:sed ineffabiliter verum sit:cūcta bona ꝛ mala mortalibus ex dei bn̄ placito puenire. Un̄ doctissim⁹ Guiller. cācellarius Parisiensis pulcre in eo quē de vniuerso libro edidit:refert facete: q2 cum vnus ex astronomis cuidam ex illius natiuitatis constellatione magnam dignitatē pollicere tur. Ille ab astronomo quesiuit. Num si deus nollet:ille dignitatē assecutus esset? Cui respōdit. Nullo id pacto id effici posse. Rursus ergo quesiuit:an si deus vellet:astra ꝛ eius natiuitas possent impedire ne dignitatē assequeret? Similiter respondit negatiue. Tunc ille. Cū ergo vtrūq3 sit in dei arbitrio:totum ei cōmitto. Qd̄ ꝟo obijciunt luminaria celi poducta esse vt sint in signa et tempora fatendū est in naturalibus. Erraret em̄ medicus:si phlebotomaret in certa lunatiōe vł signo syderū. Signāt ergo sydera futura tēpora: an naturaliter erūt sicca vel humida. Secus in euentibus hominu3: qui ex arbitrio procedunt:ꝛ per rationem dirigi possent. Tales enim astris non subijciūtur. Pendent enim ex intellectu quem sm̄ Philosophū constat esse ab extra. Fatēdum est tamen q2 inclinatiue astra disponūt certos homines ad certos actus: presertim eos qui non resistunt passionibus:nec sequuntur rationem. Quo sensu dixit Ptholomeus:q2 solus sapiēs dominabit astris. Stultorum autem infinitus est numerus. Significant ergo astra quedā naturalia in terra: nec ad illa homines cogunt:quinimmo ea facile vitare possumus: veluti exempli gratia. Eleuatio manus cum gladio:signu3 est eminentis percussionis: nōnunq3 tamen in iocum resoluit. Rursus aliud exemplū succedit:si in capite alicuius vici aut strate vrbis videmus ignem accensum:ꝛ ventū validum ex ea parte:certe coniectamus domū ligneā quā ignis ꝛ ventus petit comburendā:tamen aquarū copia aut alijs remedijs vitari potest. O quot felices pricipes: quot viros clarissimos fefellit: atq3 infelices reddidit: hec tā falsa ꝛ auida futuroꝝ euentuū inquisitio. Testes sunt tres inter ceteros omni seculo percelebres ꝛ memo

Syderū ꝛ signorum effectus.

randi viri Pompeius: Crassus: et Cesar: quibus: teste Cicerone: caldei omnes mathematici: cetericꝙ aruspices preclaro fine in patria morituros promisere: qd an verum sit: mestum est cõmemorari: ferro em omnes cesi duocꝙ longissime ab Italia inhumati: ferarũcꝙ morsib⁹ expositi fuere. Ea igitur atcꝙ maiora quippe et deteriora his prouenire assiduo cõspicimus: quos felices astronomi presagiũt. Nec tamen humana mens futurorum auida auerti vult: ne illorum nugis credat. Mira hominum leuitas mira credendi facilitas: verius dixerim fatuitas. Quã nõ parũ Cicero miratur: qui lõge magis mendacibus q̃ vera dicentibus credunt. Ceteris siquidem etiam probis hominib⁹ nõ facile fides datur si vno tñ notabili sunt deprehensi mendacio. Astronomos vero ꝛ coniectores melioris conditiõis dixerim: qꝛ ecõtra accidit. Mille em illorum in grauissimis rebus mendacijs: vna fortuita ꝛ als futura veritas fidẽ prestat. Quo fit vt aliud mirabili⁹ accidat: qd vt Petrarcha ait: sine vlla suspitione mendacij libere mẽtiri possint ꝑ eo quia semel potuerũt non mẽtiri. Adde aliã stupendi ꝛ admirandi causam. Cum em diuina veritas: scriptura sacra teste: nos moneat: ne ꝑdictis coniectorib⁹ etiam ꝓphetis ꝛ vera predicentibus credamus. cũ ait in Deutero. Si surrexerit in medio tui ꝓphetes: ꝛ ꝑdixit signũ atcꝙ portentum: ꝛ euenerit qd locutus est: non audias verba prophete. Tentat em vos deus an diligatis eũ: nihilomin⁹ eisipsis mathematicis quos nõ prophetas: nõ sanctos scimus: in cũctis credimus: qui paucula demonũ forte prestigijs predixerũt. Huius denicꝙ exercitij pericula et incõmoda: vltra predicta ex eo conspicies: qm illã artẽ pro fundamẽto ꝛ scuto quodã sue iniquitatis multi venerantur ꝛ colũt. s. diuinatores: nigromãtici: incantatores: arioli: aruspices: coniectores: chiromãtici. Utcuncꝙ igitur sit: oro te fili charissime: hãc artẽ velut pestem fuge: nec quid astra de te inq̃ras sed quid astrorũ creator sanxerit bonis operibus expecta: atcꝙ vt ad salutẽ tuam cedant iugiter exora: nec ab his coniectorib⁹ veritatem speres agnoscere: quibus veritas ipsa ignotior est q̃ ti-

Astrologi m̃ltos magnates deceperunt.

Sacre lr̃e prohibent astrologis fidẽ dari.

bi. Fateor enim aliqua astronomie species laudata est atq; perutilis. Verũtamen: teste Augusti. potius est sciẽtia curiositatis q̃ doctrina pietatis: nec illã inculpam⁹ sed vtilius sectandã dicimus sapiẽtiã naturalẽ: q̃ astrorum arti heret. Illa enĩ naturali intellectui consona est atq; conformis: per quã naturaliũ rerũ animatarũ & inanimatarũ principia: passiones: & eorũ q̃ celo & mũdo cõtinentur: rationes & effect⁹ cognoscimus: ac multarũ rerũ possumus causas reddere: que mũdo miranda videnẽ. Nec minus iucũda est inquisitio perspectiue: & de ponderibus tradita ratio. Fatemur tamen q: in his naturalibus methaphysicis scientijs non christus: nõ pphete sonant: sed philosophus & cõmẽtator. De quib⁹ ad Damasum dicit Hiero. q: physici perscrutatores oculos in celũ leuãtes: & vltra profundũ terrarũ in abysso demerguntur: in vanitate sensus: in obscuritate mentis ingredientes diebus ac noctib⁹ perscrutanẽ: multa vt sciant: pauca vt sapiant.

Astrologia scia ẽ nõ pietati sed curiositatis.

¶ Caput. xxxix. de secũda mathematica videlicet de musica: et de eius laudib⁹ & vtilitate: ac illius incõmoditate: miserijs & laboribus.

Usica vero altera mathematica est: que vt dixi consonã multitudinẽ pportionũ suarũ in quadam equalitate vocũ conciliat. Hec certe ars apud grecos magno semp honori fuit: nec putabaẽ quis liberaliter erudit⁹ nisi musicalib⁹ cantibus instructus foret. Quantã autẽ virtutẽ Plato armonie tribuit: ex his patet que in thimeo tradit. Ait enĩ quia potẽtissima artiũ est musica: cuius armonia virtus est ad mitigandos dolores animarum humanarũ: ipasq; letificandũ similiter & ad ingerẽdas eis oẽs passiones. Tantusq; est musicorũ in cõmouẽdis animab⁹ vigor: vt eas cogat mouere corpa sua etiã ad gestus insolitos: quib⁹ motus interiores alterantur. Deniq; p armonias gratia contẽplationis & diuinarũ scientiarũ studia: non mediocriter iuuanẽ fm Alfa. Adde mirabile dictũ: q: & in bellis equos ipsi musicales cõcentus incitant. Delphinos quoq; & cetera aialia letifi

Musice cõmoda.

cãt hãc. Socra. didicit. & adulescẽtes erudiri in ea iussit non quod ad lasciuie incitamentũ: sed & ad mot⁹ aie sub regula rationeque moderãdos. sicut enim non ois vox sed tm̃ que bñ consonat ad soni melodiã facit. Ita & motus aie non ois: sed quod rationi congruũt ad rectã vite armoniam pertinent. Auget eius laudes. qr nõ modo delectabilis & vtilis est qua nedũ spirit⁹ hoim viuificant: sed instrumenta sunt ad rectos bonosque hoim mores: cuius virtute maligni spũs cohibent. Sed quid plura? Animũ a curis liberat: & quadã in eterna letitia ad exultationẽ in deũ mẽtes hũanas prouocat. Unde pphèta. Exultabũt: inquit: labia mea dũ cantauero tibi. Sed iam audi illius incõmoda. Primo enim ad eas quas diximus vtilitates qui musicã audiũt consequũtur: non quidẽ ipsi artifices. nã vt ait Aristo. audibilia fortius mouẽt quam sensibilia: aut per se operabilia. Quinimo teste pho: propter vehementiam multitudinẽque vocũ ledit cerebrũ: ledũtur spiritus vitales cãtantiũ: quo fit vt ad mores male dispositi reddantur. quos Arist. banausos. i. indispositos ad res intellectus vocat. Rursus musica & vsus eius per certas melodias ad molliciẽ disponũt: aliquã ad iram: aliquã ad diuersa alia quã distrahũt ab operib⁹ virtutis & intellectus quare senib⁹ ac magnis & studiosis viris audire & iudicare: non exercere musicã preceptũ est. Decet enim: vt sapientes aiũt: grauẽ virũ non modo manus sed voces cohibere ad aliorũ applausum quod propriũ hystrionũ est. Adde his que tangemus infra lib. ij. cap. xv. vbi de cantoribus agitur.

Musice incõmod

¶Caput. xl. de tertia et quarta mathematica videlicet Arithmetica & Geometria: & de earũ laudibus & vtilitate. ac de illarũ incommoditate: inutilitate & laborib⁹.

Arithmetica & geometria vtiles & necessarie.

Arithmetica & geometria vltime sunt mathematice & vtiles admodũ: quarum altera de numeris: altera de magnitudinibus. In quibus sm̃ varias relationes pariũ vel impariũ: item linearũ superficierũ aut corporum: varie spẽs numerorum: magnitudinũque cõstituunt. quarum cognitio iucũda ẽ. De quibus dẽ artes vtiles certe & necessa

rie sunt: ⁊ in scriptura sacra plurimū cōmēdate: qꝛ scriptū est: Omnia fecisti i numero pōdere: ⁊ mensura: Sine eñ numero nihil agere possumus. Ut eñ inquit Isidoꝛ⁹: Tolle numerū a rebus: ⁊ omnia pereunt: nec differrent hoies a bestijs ceterisq̄ anialibus q̄ calculi rationem ignoꝛāt. Et idem de Geometria. Sine eñ pondere deniq̄ ⁊ mensura: nec possessiones nec politie foꝛēt. Sꝫ fateoꝛ he artes ⁊ si vtiles ⁊ necessarie sint: nō tamen homines conducunt: nec dirigūt ad moꝛes: nec ad felicitatem eternam. Quid eñ pdest reꝝ magnitudines ac extrisecas quātitates agnoscere: sui vero ipsius intrinsecas qualitates ignoꝛare? Quid rursus quant⁹ sit oꝛbis intelligere: sed quantus sit eius creatoꝛ nescire. Aut q̄d pdest: omniū numeroꝝ pportiones attingere? Quid numerare multitudinem stellaꝝ: ⁊ oībus eis noia vocare. si vitia: si scelera suipsi⁹ nō ꝯputat? Uera igiť geometria ē quātitatem ⁊ magnitudinem peccatoꝛum attendere: illaq̄ penitentie calculo diluere. Uera illa est arithmetica: dies nostros dinumerare: ⁊ in quo defecimus computare: dicentes. Fac mihi domine notū numeꝝ dierum meoꝝ: vt sciam quid desit mihi. quia carpētarij sibi vēdicant: in quaꝝ vsu: pericula: fraudes ⁊ doli nō desunt Taceo de falsis computis: de falsis mēsuris ⁊ ponderibus. Uides fili mi: huiusmodi mathematicas artes foꝛe alienas ab artibus ⁊ scientijs pietatis: que ad vitam eternam conducunt: ad quā te dirigere: omnia mea studia tendunt.

Arithmetice i commoda.

¶ Caput. xli. i quo sub bꝛeui epilogo recoligit autoꝛ cūctas alias artes ⁊ genera viuendi in hoc seculo. In quo ostendit miserias: laboꝛes ⁊ pericula omnium statuum ⁊ docet eos oñes plures habere aculeos ⁊ miserias q̄ gaudium quietem ⁊ securitateꝫ: discurrens per omnes modos viuendi in hoc seculo.

Ernis iā fili mi charissime si ea q̄ audisti: tecum ipse recolis ac discutis: explicata esse oīa vite genera: cuncta deniq̄ humana tempoꝛaliaq̄ exercitia: in q̄bus diuersa moꝛtalium studia tam sedulo ⁊ vehemēter occupā

tur. Nec enim puto me falli: quoniam humanus animus in illis nō tam satiatur quam cruciatur. Si enim recte iudicas plus i eis laboris quam quietis pl⁹ meroris quam gaudij: plus luctus quam solatij: plus difficultatis quam facilitatis: pl⁹ periculi quam securitatis reperies. que omnia opto tecū ipse consyderes. Scio enim quoniam si minimā laborum difficultatū et afflictionū partē: pro imortali deo ptuleris eorum que mortales subeunt. vt: seculo diuersis modis seruiāt: recte quidem beatus eris. Verum sub breui epilogo plurima tibi ad mentē adducam. Quis enim omnium viuendi generum: ac humanorum exercitiorum et officiorum labores icōmoda: picula. fraudes quoque et dolos facile memorare posset. Sed vt breuiorib⁹ apō te vtar verbis a summo culmine vsque ad infimū: a Cesare vsque ad bubulcū. a rege vsque ad pastorem: nulla quies: nulla securitas: sed omnibus casibus: periculis: aculeis laboribus innumeris subijciuntur. cuncta fraudib⁹ et iniquitatibus subiacēt Regis enim aut Cesaris clarissimum esse nomen non ambigimus: sed durissimū officium et magis seruare difficile. In excelsum enim et ventosum montem ascēdit rex quem facilius fulmina feriūt. Nam et si clarus regis titulus sit: res tamen obscura. nec aliud est quam vitreum et periturum iocale: curis et periculis plenum Demum reges delirant adulationib⁹ et quod periculosius est retento regis nomine plerique tyranni fiunt: quorum nonnulli multo iustius sub rege iusto agerent: et tranquillius quam reges ipsi essent. Locus certe regius nedum ignauus et petulās est: sed et periculosus laboriosus virtutique difficilis. Quippe bonus rex: seruus reipublice et malus: hostis illius. Adde quia rex ea die qua regnare ceperit mori cepit. Alijs enim viuit moriens quod difficile creditur a regis hostibus Si que erat olim quies regi perijt. Sed de principum miserijs hactenus in secūdo hui⁹ libri capitulo dixim⁹. Simile oīno de principibus de ducibus et marchionib⁹ comitibus: baronibus et ceteris pōtētib⁹ cogitabis quibus illa indelebilis atque irreparabilis mestitia addenda est quia si potentes sint: posse tamen ne regi subijciant: nequaquam possunt. Ce

Reges delirāt ex adulatiōe

tera hominũ officia:status:artes ꝛ exercitia breuiorib⁹ attingam verbis. Milites populũ reliquũ ꝛ ipsos subditos nõ defendũt sꝫ depredanť: principũ officiales plebem excoriant:thesaurizant sibi non aũt reipublice thesaurizant. Regia queqꝫ domus ꝛ principũ aula: plena est superbis.et qñqꝫ magnatũ curia referta est mẽdacijs impietas versať in principũ ac quorũlibet belligerantium castris seu tentorijs.quoniã:vt dudum cecinit elegantissimus poeta Lucanus.

Nulla fides: pietasqꝫ viris qui castra sequuntur.
Uenalesqꝫ manus:ibi fas:vbi maxima merces.

Sed iam trãsire ad alios libet. Eques ipse factiosus armiger pauper depredatur:pedites luctuosi: inferni ministri:venator fessus cursitat inaniter:fraudať auceps: piscator madidus aq̃s nõ terrã colit:custodes latrones in sylucis iusticiarij:ĩ foris sicarij:excoriat barbitõsor:ledit chirurgic⁹: occidit medic⁹: apothecari⁹ sophisticat aromata:iudicestribunalia vẽdũt:notarij registra falsificãt:litigijs se imiscet canonista:fraudib⁹ ditantur legiste:fraudat orator:ariste supflua curiose rimãtur: theologi bona predicant praua agũt:mercator decipit atqꝫ deierat:venditor laudat: vituperat institor: scriptores incorrecte depingũt:pictores falsa sculpunt: carnifices putrida vendũt:tabernarij ebrios pariũt:gulã gignũt. Sed tam ceca est hominũ mens:vt ad hec omnia ꝛ si miserijs:periculis:erũnis plena:tamẽ vt ad quedã solatia ingentia properãt festinãt. Currunt em̃ ꝛ discurrũt mortales:non quidẽ p virẽtia prata.sed p scabrosos sepes ac semitas diuersas. Quidam enim ascẽdunt montes: transcendũt colles: transuoluãt rupes: transgrediũtur foueas:ingrediunť cauernas.alij rimantur viscera terre.alij profunda maris penetrant.alij opaca nemorum transfodiũt.alij exponunt se ventis ꝛ imbribus ac tonitruis ꝛ maris ac fluminũ fluctibus ꝛ procellis.alij metalla cudunt ꝛ cõflant:alij lapides sculpũt et polliunt. alij ligna succidũt ꝛ dolant. alij telas ordiuntur et texunt.alij vestes incidunt ꝛ consuũt.alij edificãt domos. alij plantant ortos ꝛ vineas. alij succendũt fornaces. alij extruunt ꝛ cudunt molendina.alij piscantur.alij ve

nantur aucupantur. et tandem alij mercantur: feneran‑tur. In quibus omnibus non deficit fraus: dolus ꝛ ne‑quitia: ac etiam pericula plurima. Rursus alij meditā‑tur: cogitant: consiliantur. et tandem decipiuntur. Alij contendunt. alij preliantur. alij plurima animo volunt. vt diuersis artibus opes congregent: ꝛ questus multi‑plicent. lucra sectētur ꝛ his labor corporis. afflictio mē‑tis et periclitatio anime. Que omnia hominum studia atq; exercitia: tam vana sunt ꝙ̄ diuersa plena certe peri‑culis: aculeis ꝛ laboribus. Quod pulcre non negat sa‑piens Salomon inquiens. Cūq; me cōuertissem ad vni‑uersa que sub celo sunt: ꝛ que fecerūt manus mee. et ad labores quibus frustra sudauerant vidi in omnibus va‑nitatem ꝛ afflictionē. ꝛ ꝙ nō sit nisi labor ꝛ afflictio spi‑ritus. Et concludit. Cuncte res difficiles nec potest eas homo explicare sermone: prout statim particularius in sequentibus capitibus differemus.

¶ Caput. xlij. in quo inquirit causa: quare a prima mū‑di origine boni ꝛ mali in quouis statu existentes: diuer‑sas miserias penas cruciatus plurimaq; mala ꝛ incom‑moda corporaliter passi sunt. Et breuiter enarrātur ca‑lamitates in specie omnium fere magis excellentiū per‑sonarum vtriusq; testamenti.

Quam ceca sit mortaliū curiosa inquisitio er‑ga vite formam eligēdam satis ex predictis conspicere libet. Audita siquidem sunt nō in genere sed in specie eorum qui temporali‑ter ꝛ in hoc seculo vitam ducunt cuncta hu‑mane vite studia: exercitia: artes et officia. in quib⁹ ostē‑sum est parum fore dulcoris. plurimū ꝟo meroris ꝛ af‑flictionis. Superest igitur pro huius partis cōplemen‑to. vt eius rei primo causas perquiramus. deinde a na‑scentis mundi origine. plurimū ꝛ fere omniū magis ex‑cellentium et egregiarum personarum miserias: penas afflictiōes: incommoda: mala: mortesq; teterrimas: par

ticulari⁹ et nominatim breui sed cōpēdioso sermone narremus:nec mō sceleratorum hoim:sed et innocētiū. Ut dū vnusq̄sq3 bonos simul et malos ea pertulisse cognouerit nequaq̄ se magis aut exemptū: aut priuilegiatum reputet. Quid igit sibi vult q̄ nulla viuendi formula: nulla vite ars :nulla sors iustorum aut iniquorū hominū miserijs:laboribus et anxietatibus cruciatibus ac penis careat:certe quisquis interrogat:mecū ignoret. Si tamen inquirēdo aliq̄d dicere libet: illa fortassis inter ceteras causa:sūmaq3 ratio assignari:valebit. Cum enim teste Hieremia oculi hominū ad auaritiā ad sanguinem innocentū fundendū.ad calumniam:ad cursum mali operis intenti sunt. Quodq3 et genesis libri pclamant: qr vidit deus q̄ multa malitia hominū esset in terra. et cuncta cogitatio cordis intenta esset ad malum. Et in prouerbijs scribitur Pedes hoim ad malū currunt. Et iterū in Hieremia. De malo ad malum egressi sunt quare recte eos mala sequuntur:q̄ mala cogitāt et operantur. Quod sensit Dauid cum ait. Cōprehēderūt me mala quorum non est numerus. Hinc Grego. Nulla dominabitur aduersitas si nulla dominatur iniquitas. Nec aliud clamabat sapiens. Corda inquit filiorum hoim replentur malitia et contemptu in vita sua. Et subdit. Et post hec ad inferos deducentur. Natura enim humana tam naturaliter depravata est vt ex se mutari nō valeat :quare necesse est eam comitentur mala : sequantur aduersa Hinc idem sapiens. Nequam est natio illorū et naturalis malitia ipsorum:quoniam nō poterat mutari iniquitas eorum in perpetuum. Semen eni illorū erat maledictum ab initio Sed dices iuste quidem malos mala sequuntur : bonis vero premia non supplicia debentur. Sed audi quid sanctus iob dicat. Si impi⁹ fuero.ve mihi.et si iustus non lauabo caput saturatus afflictione et miseria. Primis enim afflictio pena est: secundis medicina:illis supplicium:istis exercitium: omnium tamen vt ait sapiens multa ē afflictio. Quod apostolus non negauit inquiens ad Timothum. Omnes q̄ pie viuere volūt in xp̄o christi persecutionem patiuntur

mala recte eos sequuntur : qui mala cogitant.

Nec aliquem idem sanct⁹ patriarcha excepit cum ait. Homo natus đ muliere breui viuens tempore repletur multis miserijs.id enim hominibus summa ratione cō gruit. Nam cum mens humana ad eā quam creatus quietem suspiret:agit diuina prouidentia nos ad illā dirigens:vt in hac valle miserie nullis gaudijs nullis prosperitatibus merito q̇etetur vt tanto vehementius nos eterna illa nondum habita delectent. quanto iam ista adepta cruciant. nec aliud imperator noster verbo et exemplo docuit inquiens:in mundo pressuras semꝑ habebitis:in quo verbo Gregorius. Nemo inquit sibi promittat quod euāgelium non promittit. Quis tam demens ille est:vt sibi in quouis huiuslibet statu quietē ꝛ gaudia promittat. Quippe tribulationes ꝛ angusti as euāgelica; immo christi vox comminatur. Super est vt exemplis factisq; comprobemus: que verbis attu limus. In primis igitur ꝗ vera sint facile intuebimur si cunctas huius seculi etates discutimus si deniq; no strorū priscorū vitas ac studia artes ꝛ exercitia perscrute mur. Memores itaq; simus dierum antiquorum cogi tem⁹ generationes singulas Interrogemus patres no stros:ꝛ annunciabunt nobis:maiores nostros ꝛ dicent nobis. Nā a tempore qn̄ diuidebat altissim⁹ gentes. et qn̄ separabat filios adā.oīs creatura oīs etas mi serijs et erūnis plena fuit. Incipere autē libet a primo nostro protoplausto. Is a demone seductus ꝙ male per mutauit locum:nosipsi sentimus. Uxor vero eua ꝙ ma le versutijs demonum credidit nosipsi patimur quibus plurimas afflictionum miserias infeliciter transmisit: quas sibi nobisq; vitasset si voci creatoris obedisset.per quorū transgressiones ab ipsa mundi origine oēs mor ti dediti:nō modo mali sed boni.non peruersi sed ꝛiusti recti et inocentes.nō nisi sudorib⁹ miserijs:ꝛ laborib⁹ vi tam duxerunt. Abel enim eorū filius innocens a nocen te occiditur. Enoch iustus ab hac vita transfertur. Cai sagitta ꝑfoditur Lamech primus bigamus excecatur. Tubalcaym laboribus implicatur: et faber mallea tor atq; i cuncta opera eris ꝛ ferri multipliciter fatiga

tur. Mathusalez sicut plurimis annis vixit: sic multa frigora multaqꝫ sensit discrimina. Noe ab ea quã plantauit vinea irridetur: atqꝫ centum annis in arce fabrica desudauit. viditqꝫ tremulus cataractas celi apertas: ruptosqꝫ abyssi fontes Nembroth tyrannus maledicitur ⁊ presumptio turrem edificantiũ cum eorum supplicio reprimitur. Abraam tẽtatur ⁊ circũciditur. capit Loth in bello. Sare vero sterili deficiunt muliebria. Agar expellitur. bellis insudat Ismael. Isaac immolãdus per multas miserias senuit. decipitur Esau: suis primogenitis primogenitus ipse a fratre frustatur. Sodomoꝝ tabernacula vorax ignis consumsit. vxor Loth curiosa sciendi prohibita salis conuertitur in statuã. Rebecca desyderio filiorũ premitur. Jacob luctatur: a fratre insidias patitur. Lia licet fecũda lipposa dolebat. Rachel pulcra doloroso partu spirat. Dina indigne violatur. Sichen mechatur. Joseph a fratribus venundat. Ruben maledicitur. Simeon ⁊ Leui a patre vasa iniquitatis appellantur. Dan ꝟo coluber. Isachar asinus. Beniamin lupus rapax. Et vt breuius agamus: filij Jacob de scelere pessimo accusant. pincerna pharaonis impie incarceratur. pistor suspenditur a domina carnalibus stimulis Joseph angitur. populus israel in luto palea lateribus ac seruilibus oneribus premitur. masculi iubentur interfici. Obstetrix timore falsũ dicit. Moyses ciste aquisqꝫ cõmittitur. Egyptius in sabulo sepelitur Ceteros intẽpestiua mors affligit. Musca percutit grauissima ranarũ multitudo: culices: brucus: lapides grãdines vexant. Tandẽ rote curruum subuertunt. atqꝫ in profundum feruntur: ⁊ tenebrosus vorax pontus absorbet. populus sitit: esurit simul et murmurat in deserto. de porta ad portam querunt ydolatre iugulandi. Crematur Nadab murmurans populus succendit flãmis Dathan ⁊ Abiron terra absorbuit. Chore ad cẽtrũ terre ruit. igniti in populũ seuiunt serpentes: occidunt cananei. moritur Aaron. in mõte ĩpugnat Balaã. Moyses dilect⁹ deo extra patriã moritur. Hierico corruit. lapidatur Achor. succenditur Ay ⁊ eius rex sub aceruo la

pidum submittitur. pugnat Josue. senserunt de celo la-
pides Amorrei. Ayoth in ventre pinguissimo gladium
dereliquit. Sexcentos occidit vomere Sangor. perimũ
tur Sebee ⁊ Salmana. Abimalech septuagita fratres
supra lapidez regnandi cupidine occidit. eiusq; cerebrũ
non multum post mulier confregit. Jhepte filiaz immo
lat: dicentes chebolech iugulãtur. Philistini asini mã-
dibula sternuntur. alij cum Samsone templi ruina con
sumuntur. filij Beniamin occiduntur. moritur Abime
lech. flet Anna. cesus est israel. Phinees ⁊ Ophni mo-
riũtur. cecidit Heli. Golias perimitur a Dauid. pereũt
Philistei. cadunt sacerdotes. percutitur Nabal. peri-
mitur Jonathas. Saulis armiger se fideliter: ne dixe-
rim iprudẽter: necat. Transfodit Asael. Abner occidit.
Miphibosetb claudus decollat. Josobeth percutitur.
Oza vincitur. Syri perdunt. Proditur Urias bene ser
uiens. luget Thamar. Amon penas luit. pendet Achi
tophel. lancea foditur Absalon. Dauid pater dum ho-
stem cernit: occisum filium ꝑplãgit charissimum. Currit
Achimas ad malum. decollatur Syba. eneruati a Da
uid pereunt. sine culpa interficitur Adonias. occiditur
Joab. Jdolatrat Salomon: qui cunctos sapientia vin
cit: a muliercula deuincitur. spernitur Roboã. Jeroboã
maledicitur. dolet Asa. vritur zambri. timet Helias. oc-
ciduntur prophete. Micheas sagittatur. cecidit Ocho
zias. vruntur quinquagenarij. irridetur caluitio Heli-
seus. pueri vrsis lacerantur. leprosus Naamã anxiꝰ me
delam querit. punitur Giezi. corruit Jorã. ferit Sẽna-
cherib. egrotauit Ezechias. dies ei mortis predicitur:
eruunt oculi Sedechie. dolet Esdras. luget Neemias.
abijcitur vt bestia Nabuchodonosor. occit Balthasar
innocens accusatur Susanna. Jonas in pelago reclu
ditur. Tobias dolet cecitate. prestolatur Anna. Sara
lacrimatur. in periculo Judith constituit. Olophernes
quem vix terra sustinebat: a femina capite truncat. Ua
sthi repellitur. pallet Hester. suspẽditur Aman. decidit
potens Alexander. opprimitur Eleazar. Occiditur
Antiochus. Perit Lisias. corruit Nichanor. Judas

occubuit. perditur Jonatas. Simeon perimitur. Eliodorus flagellatur. necatur Onias. occiditur Lisimachus. Machabei torquentur. Job diuersis plagis percutitur ꝛ in sterquilinio tāquam dulci lecto meditatur Paucula ex multis sufficiant eorum qui in veteri lege afflicti ꝛ tribulati sunt Taceo eos annumerare: qui sub euangelio ꝛ lege gratie diuersis penis cruciatibus miserijs ꝛ malis afflicti reperiuntur. Quis enim apostolorum plagas: quis martyrum ignes et gladios: quis innocentum enses et ꝑmaturas mortes enumerare posset. Quorū: alij cesi: alij secti: alij lapidati sunt: alij plūbatis alij sagittis aculeisqꝫ rubricantur. rotis lacerant̄ ligno qꝫ afficiūtur. alij bestiarum dentibꝰ traduntur. Libet illud conuiuium hic inferre: quod Cypriano nōnulli attribuūt. in quo ex scripturis sacris plurimos introducit qui non escas. sed corpora: membra: sanguinem pericula et labores ad cōuiuiū cōferūt. Ex premissis igitur attingere libet series ꝛ causas malorū ꝛ dolorū quibus mortales corporaliter afficiuntur. ideo vt apertis oculis conspiciamus: nullum hominum genus erūnis ꝛ miserijs caruisse. nullumqꝫ tempus a doloribus ꝛ laboribus vacasse. vt recte rex ꝛ sapiens Salomon dicere ausus sit. Uidi calumnias que sub sole generantur ꝛ lacrimas innocentum. et consolatorem neminem: ꝛ laudaui magis mortuos q̄ viuos: ꝛ feliciorem vtroqꝫ iudicaui: qui nondum natus est: nec vidit mala que sub sole sunt. quoniam vniuersa vanitas ꝛ afflictio. Et rursus in ecclesiastico. Quid de vniuerso labore hominis: nisi cruciatus ꝛ afflictio. Et subdit. Cūcti dies eius doloribus ꝛ erumnis pleni: nec per noctem mente requiescit.

¶ Caput. xliij. in quo ostenditur homines ī quouis statu viuentes non solum penas exilij: cruciatus ꝛ mortes ꝛ cetera corporalia incommoda assidue pati: sed ꝛ alias diuersas intrinsecas mentis afflictiones. vt nusquam vita aut sorte sua contenti sint. Et breuiter tangit ꝑticulariter omnes fere huiusmodi animi querelas ꝛ molestias ad vtramqꝫ partem.

D Ostremo parũ est mortalibus quas paulo ante enarrauimus miserias:ne dixerim supplicia:calamitates et penas corporales pati:nisi plurimis alijs mẽtis intrisecis erũnis et assiduis cruciatibus ꝑmantur:Uehementius eñ inuisibiles animoꝝ morbos:q̃ corporeos aut visibiles affligere cõstat.quare eos difficilius curari posse perspicuũ est.quã itaq̃ diuersis et aduersis effectibus secũ pugnet mortalium animus nõ aliũ q̃ se interroget: sibiq̃ ipse respondeat q̃ vario : q̃q̃ reciproco mẽtis impulsu modo huc rapitur mõ illuc.vt nusq̃ vnꝰ: nusq̃ integer existat. Quippe secũ ipse dessentiẽs seipm discerpit.quatenꝰ sine vlla requie ab ortu hominis vsq̃ ad exitũ fluctuet mortalis vita quãcunq̃ viuẽdi formulam eligat.vt recte de eo iob dixerit.q: hõ repletus multis miserijs fugit velut vmbra et nunq̃ in eodẽ statu permanet. Sed vt cetera taceã nõ parua mortaliũ miseria putanda est.nulla ratione effici posset:vt cuiq̃ sue vite formula placeat.cuius plurimos hꝫ inuidos.nulli ars applaudat:nullũ sors letũ teneat:sed querulus aliena peroptet.q̃ sua non satis meruit.age vt eaipsa q̃ maxime cupierat:assequatur. Certe cum fauorabilis incipit esse fortuna:illico mẽs emolita timidior ⁊ sue sortis obliuiosa fieri incipit:vt non a casu Flaccus dixerit. Bene ferre disce fortunã. Inexplicabilis certe miseria ẽ se miserum semper putare.nec a miseria eripi posse. atq̃ illa calamitas:vt ita dixerim:olm calamitosior est:quando a calamitate respirare nõ licet. quippe cui quicq̃d accidat etiam si letũ iucũdũq̃ existat cõtinuo cruciet. In primis itaq̃ vellem: illud humanus cõsyderet animus:qđ ante oculos cõspicit. Ego vero plures vidisse sum memor qui damna:qui pauperiem:qui suppliciũ:qui mortem charorum:qui peiores morte:videlicet grauissimos morbos equo animo tulerunt.qui tamen diuitias:: qui honores:qui potentias:qui fastum:qui laudes ; qui famam:qui aliorũ sine inuidia:preconia atq̃ triũphos: quieta mente ferrent nulluꝫ. Quas si quidẽ animi passiones et si apostolus opa carnis appellet, quia tamen

Uita mortaliuꝫ fluxa et mobilis sꝫ:

a fonte cordis profluūt:recte morbi animi censendi sunt Quid eniꝫ aliud ambitio est quid cupiditas: nisi superbia. Ut enim Augustinus inquit. Non est ambitio sine elatione:non est cupiditas sine superbia:qꝛ omnis superbus cupidus est:ꝛ omnis ambitiosus elatus:que omnia recte animi vitia sunt. veluti ex affectu et desyderio procedentes. Nam Isidoro teste: cupiditas desyderio augetur:cum scriptū sit. Insatiabilis est animus cupidi. Digne igitur imperator noster apud Mattheum ait. Quia ex corde exeunt cogitationes male: Cāges si vis simul ꝛ discute oim mortaliū querellas:ac varias animi afflictiones. Veruꝫ audi illico causas atqꝫ rationes vt liquido agnoscas tanto maiores pectoribus humanis iesse miserias:quātomagis obcecati sint vt cur eas patientur aut ignorent:aut non satis intelligere velint. Quidam eīn non parū animo torquētur super amplioris felicitatis:prosperitatis ac fortune carentia: sed certe ignorant quot periculis ac infinitis et inexplicabilibus curis plene sint. Alij tristantur etiam post adeptas quas optarunt prosperas fortunas: sed forte aut eos: quod difficile est:ferre non nouerūt aut recte conspiciūt eas bonis moribus aduersas. Alij murmurant de aduersitate fortunio ꝛ calamitate:sed certe nisi fallor non cogitant ꝙ incogniti hominis nota esse calamitas non potest. Alij de eiusdem fortune ne dixerim inconstantia sed fallacia vehementius querantur:que adeo cum eis ludit vt illos in patria sua vno prope tempore dominos effecerit simul ꝛ exules:sed certe hi integrā fortune amicitiam non amplectuntur:cum eius leges aspernantur: que in altum nihil diu manere statuit. Adde indignum fore vt mores:ludosqꝫ illius respuat:cui se totum deuouit. Alij deniqꝫ penas sentiunt in huius mortalis vite incolatu ac prolongatione: sed certe hi prematurā mortem inexperiti id optant quod venisse dolerent. Alij queruntur se persecutiones:impugnationes: atqꝫ iniurias diuersas:tormenta deniqꝫ ꝛ exilia ꝑpeti:sed quid si aut alijs ipsi ea intulerunt aut meruerunt. Alij lamentantur:quia tentationes flagella patiuntur: sed certe eis

exercitari minime nouerunt. Alij turbantur plurimum: quia vano honore: inanique gloria non fruuntur. sed hi aut veram gloriam non nouerunt: aut forte eos latere melius tutiusque foret. Alij ꝙ despecti humilesque ab hominibus reputentur: sed forte longe plus deijcerentur: si plus eleuarentur. Alij detractiones: infamias et opprobria molestissime ferunt: sed hi falsis laudibus tument. Alij anguntur super temporalis potestatis aut dignitatis siue mundani dominij carentia: sed his virtus fortassis non superest. vt ea assequantur et ferant: vel hi corruptum habent gustum talia falso putantes diuturna. Alij de natura conqueruntur: ob parentele et magni generis seu nobilitatis defectum: sed hi veram nobilitatem non satis nouerunt. Alij paupertatem et diuitiarū inopiam implicabiliter ferunt: sed certe hi falluntur putātes diuitias ipsas possessores suos felicitare: nō cruciare. Alij deperditione rerum: de naufragio: ruina: aut temporalium bonorum dāno: et defectu plurimum anguntur: sed forte his expediens fuit illis carere: que causam maioris ruine prestabant. Alij amicorū vel charorum amissionē vel separationē deplorant: sed certe putādum est amicos non satis se amasse: qui a vite periculis euaserunt: nec perierūt. Alij de iniqua societate torquētur sed forte eos bona non oblectauit. Alij de carentia humani fauoris queruntur: sed quid si odium eis lōge plus profuisset. Alij ꝙ ab amicis derelicti existant: sed quid si primo ipsi eos relinquerunt. Uel forte dignum fuit: vt quos virtus non fecit fortuna dimitteret. Alij rursus similiter lamentantur: ꝙ tam chari pauloante hominibus visi sunt: vt certatim in eorum amicitiā venire niterentur. Idem tamen ipsi de nulla alia re concordes: in suum excidium quasi communicato consilio conspirarunt. Sed hi de amicitia equiuocant: aut forte cessauit vtilitas: cuius etiam gratia amici assumti sunt. Alij ꝙ amicis tediosi: aut etiam onerosi existant. Sed quid si grati atque beneuoli fieri voluerūt: aut renuerūt. Alij ꝙ inimicitias sine causa patiuntur. Sed quid si virtutē non habent recōciliantem. Alij summa tristitia

afficiuntur: quia non satis voluptatib' delitescũt. Sed hi falluntur qui cõtumeliosos hostes amicos reputãt: vel forte otiositatẽ illas afferentẽ prescidere nolũt. Alij q refectione tẽperata careant. Sed hi ignorant eã male digerentibus pdesse. Alij q ieiunio & abstinentia vti non possunt. Sed certe qr ne possint volunt. Alij super famis & sitis inedia queruli sunt. Sed quid si illis saturitas inimica est. Alij super ample & delicate habitationis carentia tristantur. Sed his angustus forte locus virtutes donat. Alij super asperis & duris lectisternijs lamentãtur. Sed certe qr mollia ad luxum inertiamq prouocarẽt. Alij de vilib' vestibus queruntur. Sed hi in domibus regum esse cuperẽt qui mollibus vestiuntur. Alij q ceteris humanis solatijs careant: sed hi satis ignorant plus tristia q̃ leta quibusdã cõferre. Alij q cũ hominibus non cõuersent aut fabulẽtur. Sed indubie tales ignorant sollicitudinis dona: virtutesq silẽtij. Alij de omni tristabili euentu querũtur. Sed certe qr cuncta illis ad votũ successere: quibus sese experiri non licuit. Alij non modo turbãtur: sed inconsolabiliter torquentur: qr mali in hoc seculo melius habeãt q̃ boni: sed hi non facile credunt: malos nihil habere in celis: sicut bonos parũ in terris. Alij q in seruitutẽ redigantur: seu captiuentur & incarcerantur: sed hi ignorant q potior pars hominis. i. volũtas libera est: cui principes non dominãtur. Alij tristantur q oporteat eos diu iugũ subiectionis portare. Sed hi preesse non subesse optant. nec obedientie fructũ satis gustarũt. Alij queruntur de obseruantia diuersorũ preceptorũ. Sed hi certe aperte demõstrãt q eos trãsgressio delectat. Alij de reuerentia superioribus exhibenda querũtur: sed hi illam recipere: nõ exhibere cuperent. Alij de carentia ppie voluntatis. Sed certe hi tales ignorant q̃ graue malũ existat: ppria voluntas. Alij de voti emissione: sed hi certe non satis nouerunt q felix necessitas que ad meliora cõpellit. Alij q seculũ derelinq̃re nõ valeãt: sed certe his id valetudo deest: qr valetudo nõ adest. Alij q religionẽ ingressi perseuerare nequerãt: sz hi certe incepisse dolẽt. Alij q ex

Querelle claustralium.

cõicati existant. Sed hi certe ecclesie cẽsuram nõ medicinam: sed penam falso putant. Alij ꝙ irregulares sint aut inhabiles: sed hi certe nõ satis humiliari nouerũt. Alij ꝙ diuinis officijs ⁊ sacramẽtis careant. Sed his forte vtiliꝰ foret deuotione ⁊ fide suscipere. Alij ꝙ lectio aut vsus sacre scripture eis auferat: sed certe q2 eis aut ad questum aut ecclesie discrimẽ vtebant. Alij de exauditionis tarditate anxij sunt. Sed forte non satis sciũt: q2 differt cibum: auget esuriẽ. Alij de rerũ temporalium petitionis frustratiõe angunt. Sed certe q2 aliena sunt a vera interioris sui hominis salute. Alij de impedimento contemplationis queruli sunt: sed quid si ad pitatis actiua opera sunt efficaces. Alij de augmento negotiationis. Sed forte contẽplationi inepti sunt: aut illa eis permolesta est. Alij ꝙ virtutibꝰ careant: vitijs se dedãt. Sed verũ est non nisi a seipso quis leditur. Alij ꝙ faciliter vitia sequant: sed hi vitijs resistere nolũt. Alij difficulter virtutes amplectuntur. sed certe q2 confragosa et perdifficilis ad virtutes via est: dulcis ad vitia. Alij molestissime ferũt stimulos carnis: sed hi forte ad eos preueniunt. Alij de erronea seu nimis arcta consciẽtia angũtur. sed certe hi superioꝝ exemplis aut preceptis iuuari spernũt: aut q2 suo regũtur. Alij ꝙ semper leti ⁊ iucundi ⁊ nunq̃ tristes neq̃ in aliquo consciẽtia stringat: sed certe hi timorẽ dei abijciũt ⁊ latã simul ⁊ letam vitã sequuntur vitiorũ: que ducit ad mortem. Alij ꝙ plurimũ audaces existant. Alij ꝙ pusillanimes ⁊ timidi: sed certe ⁊ illi extrema ꝑ medijs capiũt: nec cogitant q2 multa ex timiditate sunt dimissa q̃ per audaciã sunt cõmissa. Alij ꝙ mortẽ: alij ꝙ fulmina ⁊ tẽpestates timeant: sꝫ certe hi timere desinerẽt: si vere sperare incepissent: aut eos criminis conscientia nõ accusaret: q2 vt sapiens ait: magna securitas est nihil inique egisse. Alij de sua predestinatione ⁊ salute hesitãt: sed parũ hi laborant: vt sua sit certa electio. Alij plus q̃ oportet de dei bonitate sperãt sed hi futurã dei iustitiã nõ satis credũt. Alij ꝙ ob grauia ab eis cõmissa desperare formident: sed certe neminẽ grauissima pctã condẽnant: si nõ placeãt. Si nõ vis de

sperare: desine peccare. Adde quia vtrisq; videlicet nimium sperantibus et desperantibus timor deficit et spes. Quare vtrisq; vtrumq; est necessarium: scilicet vt deū timeant: et in eum sperent. Timor enī sine spe inducit desperationē. Spes vero sine timore indissolutionē scdm Hugo. Alij de timore inuasionis hostiū: visibiliū & inuisibilium angūtur. Sed hi cōgrua remedia scienter aspernātur. Alij ob bonorū corporis defectus: aut deformitates q̄runt. Sed hi nō satis cōsyderant fatuū esse qui: seruum lasciuire poptat: aut ornare cupit. Alij senectutem grauiter ferunt eiusq; calamitates detestantur. Sed hi parum fore putant cupiditates reliquisse. atq; id nō posse: quod nolle deberent Alij de corporis debilitate et diuersis morbis: presertim de oculorum: auditus: odoratus: aut loquele carentia: siue defectu. Sed certe hi cuncta ad corpus referunt ignorantes defectus ipsos plus pfecisse anime: q̄ offecisse corpori. Alij sup vite breuitate et tempestiua morte incōsolabiliter torquentur. s3 his bonos actus: quā multos dies congregare consultius eēt. cū nō multū: sed beneviuere sit laudabile. Alij de eadem imminente: de ppinquo morte: & de instanti agone tum. s3 hū spiritu angunt: sed hoc ideo q2 nō satis cōsyderāt rudē esse tyrannū. qui a pena liberat: quem punire se putat. Hec paucula forte & multa de huius vite diuersis artibus formulisq; viuendi: & earū erūnis et afflictionibus a me diserta sunt. Que quidē lōgiora aut breuiora dici posse scio. Uerum ne breuitati admodum studui: nec copie. sed prout ex communi omnium mortalium vita se optulerunt scriptis disserui: ne legentes vel inopia vel fastidio fatigarem: vt cernat vnusquisq; mortalium in q̄uis forte arte constitutus sit: q̄d ad vtrāq; partem dici valeat: nec illos blanda resoluant: nec afflictiua conturbent. atq; vt dulcia pariter & amara despiciat. sed paratus sit sp ad oia: prōptus & ad singula. ¶ Absoluā iā fili mi hūc primū ad te pollicitū librū: de cūctis vite huius tpalib⁹ artib⁹ & exercitijs. eorūq; miserijs & erūnis. Uerū ex his que vltimo dixi. sensi plane tuū animū nō par

Non multum viuere laudabile est.

rũ turbare. Uoluis enim in mente quinimo. vt ita dixerim inter dentes mussitas ne dixeri murmuras. Cũ enim audiuim⁹ satis ruētis seculi hui⁹ calamitates. aduersitates τ supplicia tribulatiõesq; multas τ malas. q̃s passim: vt supra tetigim⁹. bonis τ reprobis. facinorosis τ innocētibus cões esse. Eaq; prochdolor nõ tã legimus q̃ experimur. quarũ rerũ causas quãsdã in gñe deduxisti. Uerum tãte tã graui q̃relle specialiores vrgētioresq; cause ꝯgruerũt. Demũ q̃d remedij. q̃d solaminis mortalib⁹ in tãtis erumnis et vite laboribus eē possit. nõdũ adduxisti. Uinã enim tã prõpta cõgruaq; ad eas oēs calamitates leuãdas remedia attulisses q̃ certa huius vite mesta supplicia deplorasti. Usq; adeo vt bonos virtutiq; ꝺditos viros. absq; culpa affligi τ torqueri. quippe ab immortali deo relictos putemus: sicut τ malos ꝓsperari in altũq; ꝓuehi indigne conspiciamus. Quo fit vt diuinã ꝓuidētiã incusemus ꝙ quosdã inculpatos varijs supplicijs: infortunijs: τ penis cruciari: alios culpe noxios felicitare ꝓmittat. Si enim calamitates huiusmodi: veluti supra disseruisti: nõ nisi ex culpa mortalibus ꝓueniri cõtēdas indecēs plurimũ diuine iustitie videt: vt innocēs ab eodem fonte affligat: quo reprobus τ iniquus pena releuatur. Nec aliud deplorabat Hieremias inquiens. Iustus q̃dem tu es dñe si disputo tecũ: verũtamē iusta loq̃r quare via impioꝝ ꝓsperatur. Et subdit. Prope es tu ori eoꝝ et lõge a renibus illorũ. Prope inq; : teste Augusti. dando eis q̃cq̃d volũt τ petũt. Et lõge a renib⁹ eoruʒ in nullo videlicet eis displicēdo: aut illoꝝ animos conturbãdo. Sic τ Abacuk ꝓpheta eã ipsam depromit querellam. Quare: inquit: deus nõ respicis contēptores: τ curtaces deuorãte impio iustiorē se: Que oĩa tãto aĩos hominũ in maiorē ducũt admirationē: quanto per eundem Hiere. de diuina iustitia scriptũ legimus. Scio dñe de⁹ q̃m malũ iniustũq; non libēter respicis. nec põt quis de tua iustitia dubitare. Hic est fili mi effectus murmuris tui τ cunctorũ fere mortalium. Et veluti vetus querella sit τ multoruʒ aĩos exagitat: sic multis egeret ꝟbis: breui tũ sermone faciã satis veritati quo nullis verbis hu‑

mane opinioni respondere possem. Mirari igitur & conqueri: tu ceteriq; mortales desinetis: si rem ipsam altius repetitis. In primis itaq; illud animo fixū teneamꝰ: neminem absq; culpa aut causa affligi aut torqueri oportere: cum scriptū sit Oculi domini sup iustos. Et iterū. Uultus aūt domini superfacientes mala: vt perdat de terra memoriā eorū. Super quo verbo Cassiodorus. Errat inq̄t malus dicēs: secure facio mala: sed discat quia vultus domini superfaciētes mala: quasi dixerit: iustos & iniustos deus respicit: sed dispariť. Justos em̄ respicit vt pie eos exaudiat: sʒ malos vt puniat: perdatq; de terra memoriā eorū. Quā siquidē punitionē siue iacturaʒ memorie vite & quorūuis tēporaliū minime absq; culpa mortalibꝰ contingere credendū est: nisi culpā nō putes illis abuti aut ea ad luxū: ad auaritiā: ad superbiā: pōpam conuertere: q̄ iustissimus deus tanq̄ virtutū instrumenta hominibꝰ concessit. De quibꝰ Grego. pulcre dicere visus est: qꝛ summa & decora iustitia est vt cōcessa perdat: q̄ inconcessa captat. Rursus vt est sanctorū doctorū sentētia: mali non vtiq; impune transeūt: tum qꝛ in fine puniunť: tum qꝛ ea tēporalia bona quibꝰ inquit in hac vita gaudēt: deus illis concedit ob paucula que gesserunt bona. Sed spūalia bona q̄ respectu tpaliū magna bona existūt iustis ꝟtutiq; dedit] reseruat tanq̄ eq̄ssimꝰ iudex cui maxime congruit: vt bonis det spūalia: tanq̄ potiora bona. De reliq̄s vero caducis & tēporalibꝰ bonis: seu penis & supplicijs: tantū viris bonis ministret: quantū sufficere conspicit ad virtutē. Qđ per alia verba pulcre Augustinꝰ deducit in primo & quinto de ciuitate dei: qꝛ habentes politicas & humanas virtutes: iuste rebus huius mūdi premianť. Qui ꝟo diuinis pollet virtutibus premiať in rebus dei. Et subdit Augusti. respondens querentibꝰ: quibus premijs romani falsorū deorū cultores orbis imperiū meruerūt. Ait enī qꝛ bonis moribus hec temporalia meruerūt: qꝛ veluti nullum malū impunitū: sic nullum bonum irremuneratū. Licet idem Augustinus aliam causam assignet in principio huius libri. Ut igitur ad conceptū sermonē redeamus. Aspera

plerūq͡ꝫ τ amara deus iustis immittit:ne in illis timeat aduersitas:sed τ malis fortune bona cōcedit: ne in istis queratur felicitas:quas ipsi reprobi obtinent. Ceterū in hac rerū vicissitudine agit deus: vt prudentissim⁹ medicus: qui cuncta ordinat ad infirmi obediētis bonam volūtatem. Is enim sepe secat τ vrit infirmū: nec illum exaudit deprecantē:vt auertat ab eo dolorem necātem. Adde:q2 ſm Gregoriū occulta sunt dei iudicia: sed occultoria sunt cum boni mala recipiūt: τ mali bona: sed si curiose causam inuestigare libet: ideo malos bona recipere putandū est:q2 cum boni hic delinquūt:iuste hic mala recipiūt:vt ab eterna dānatione eripiant. Sed τ mali bonis hic fruūtur: vt in posterum ad tormēta trabantur. Et subdit Gregorius exempla preclara: scilicet de vitulis τ infirmis. De vitulis inquā. Nam veluti q̄ mactandi sunt vituli:liberi in pascuis relinquūtur. Sic impius ad mortem currens:efrenatis voluptatib⁹ relinquitur. Econtra vero iustus a transitorie delectationis iucūditate restringit:sicut τ vitulus ad laboris vsū deputatus: sub doloroso iugo retinet. Deniq͡ꝫ exēplo infirmorum idip̄m probat. Negantur enī iustis in hac vita temporalia:q2 egris quib⁹ spes viuendi est: nequaq͡ꝫ a medico cuncta que appetunt conceduntur. Dantur autem reprobis bona que in hac vita appetunt: quia desperatis egris omne qđ desyderant non negat. Et cōcludit. Perpendāt ergo iusti mala q̄ iniquis permanēt τ nequaq͡ꝫ eorū infelicitati inuideāt que percurrit. Que verba omnem mortalib⁹ admirationem τ querendi causam submouent. Ceterū ſm Augustinū super canticis quinq͡ꝫ modis et totidem causis: calamitates τ flagella mortalib⁹ contingere perspicuū est:vel vt iusti merita per patientiā augeantur. vt Iob. Uel ad custodiā virtutum:vt apostolo Paulo. Uel ad corrigenda facinora vt marthe lepra. Uel ad initium pene. vt Herodi quatenus hic incipiat:qđ inferno sequitur vel ad gloriā magnificandam:vt de ceco nato. Ex quibus liquido constat neminem in hoc seculo sine culpa premi: vel absq͡ꝫ

eius vtilitate affligi. Que omnia agunt vt in his que diuina prouidentia mortalibus mittit prosperis aut aduersis non murmur nobis sit: nō q̄rimonia: sed mēs bene conscia potius illis consoletur q̄ turbet. Multis enim varijsq̃ argumentis facile agnoscem⁹: quia plurimum expedientia vtilia quippe ꝛ necessaria nobis sunt laborum calamitatum: ꝛ penalitatū omniū flagella. ꝛ queq̃ huius mundi supplicia. Primo enim dilatāt cor hominis ad magna dei dona recipienda. Nam veluti martellus fabri dilatat metallum ad id qđ artifex desyderat Sic deus aurifaber hūane creature: per malleuꝫ persecutionū ꝛ tribulationum cor iustoꝝ dilatat: vt fructū ex eis percipiat. ꝛ ducat ad meliora bona. de quo dictum ē Secundo veluti aqua vinū temperat: sic aduersa ꝛ q̄cūq̃ hui⁹ vite penalia vinū tēporalis letitie moderātur ne homini noceant. Qđ pulcre Aristot. nō tacuit in ethicis. Ait em̄ q2 virtuti deditus moderate se habet erga hec bona fortune: aut adipiscenda vel amittenda. nec gaudiosus erit bene prosperatus: nec infortunatus tristis: q2 si aqua tribulationū nō tēperat vinū prosperitatis extinguit potius q̄ iuuat: in cuius figurā scriptū est in exodo. Operuit aqua tribulātes eos: vnus ex eis nō remāsit. Tertio veluti medicina necessaria est mortalibus: sic aduersitas ꝛ afflictio. Vñ August. intelligat hō medicū esse deū: ꝛ aduersitatē medicamentum esse ad salutē non penā ad damnationē. Et subdit. sub medico vreris secaris: clamas nō audit medic⁹ ad volūtatē: sed audit ad sanitatē. quare fideles ꝯqueri desināt de asperitate infortunij persecutionis aut penalitatis. quia ea omnia signa sunt potissima diuine electionis: vt per aduersa asperum sit iter nostrum: ne vt Augustin⁹: magis delectet diu pergere: q̄ citius peruenire de q̄bus scriptū est: in paucis vexati: in multis bene disponent. Quarto vtilis est fidelibus quippe ꝛ necessaria aduersitas tribulatio: ꝛ persecutio in hac vita: quia ad meliora compellit. Unde Gregorius mala que hic premunt: ad deum ire compellūt. quod non ignorans rex ꝛ propheta dice-

bat:multiplicate sunt infirmitates eoꝝ.ꝛ postea accele-rauerũt. Uñ Augu. Nullus seruus xp̄i sine aduersita-te tutus viuit. Et subdit. Si putas sine persecutione vi uere: nondum cepisti esse christianus. Itaqꝫ tam vtilia ex huius seculi persecutionibus ꝛ calamitatibꝰ colli-gentes. gaudeamus affligi qui speramus frui. ꝛ vt in-quit Bernard. Nõ timeamus esse derelictos. quinimo semper memores simus verbi xp̄i ad nos dicentis. Cũ ipso sum in tribulatione. Et iterũ. Iuxta est dominus his qui tribulati sunt corde Actum est fili mi de cũctis viuendi artibus quibus in hac mortali vita securiter viuitur tã nobilibus ꝙ̃ ignobilibus magnificis ꝛ ple-beis: publicis ꝛ ꝑuatis: maximis ꝛ infimis. Audisti de niqꝫ eorundẽ vite generum dulcia pariter ꝛ amara. Sꝫ ꝛ actum est de omnibus fere malis: incommodis: penis ꝛ calamitatibꝰ: suppliciis ꝛ afflictionibus corporalibꝰ ac mentalibus oĩm fere magis nominatarum perso-narum. incipiendo a nascentis mundi origine. Rursus actuꝫ est de causis ꝛ rationibus cur nocentes pariter ꝛ innocẽtes boni simul ꝛ mali tot afflictionũ ꝛ penalita-tũ genera patiuntur. Sed ꝛ audisti consolationes ꝛ cõ gruentia remedia: ad eas omnes releuandas mestitias quibus mortales in hoc seculo afficiũtur. Que omnia fili mi opto solerter consyderes: ex quibus tu ceteri qꝫ mortales liquido agnoscetis: quid boni aut sinistri om nis vita temporalis obtinet. Uerum quia opposita iux ta se posita: teste philosopho. clarius conspiciuntur: su perest iuxta pollicituꝫ ordinem: vt cum in hoc primo li bro de secularibus officiis ꝛ hũane vite artibꝰ me audi sti loquentem: te auscultẽ in sequenti libro de spirituali statu differentẽ. Ad te enim spectat de spirituali vita a gere: ꝙ̃ in duos diuidit̃ status. videlicet in statũ ecclesia sticum episcoporum ꝛ clericorum. Deinde in statum re-ligiosoꝝ. Age igitur si placet de his duobus vite hũa-ne generibus: ꝛ de excellẽtia ꝛ operatione vtriusqꝫ: de dulcibus amaris ꝛ vniuscuiusqꝫ: vt tandem legentes apertis oculis veluti in lucidissimo speculo conspici-ant: quid lateat sub omni vite humane genere: quo

fiet vt securius vnusquisq̧ eliget que frequentius legit ac maturius digessit: ad laudem dei omnipotentis: qui est benedictus in secula.

¶ Explicit primus liber de omni statu ꝛ vita temporali.

¶ Incipit liber secundus de statu et vita spirituali ecclesiastica et regulari.

Irabitur forsan sanctitas tua beatissime pater ac clementissime domine: q̄ in hoc opusculo recti ordinis rationē peruerterim. Et cum iuxta Gregoriũ status spiritualis tanto tēporali sit dignior atq̧ excellẽtior: quãto solis splẽdidissimus fulgor tenebrosis densitatib⁹: et aurũ plũbi metallo prestat: prius de tēporali statu egerim: q̄ de spirituali. Sed certe nature ordo ad id cõpulit. Primo enim tēporales nascimur: sed ꝛ prius in temporali statu versamur: priusq̧ illũ experimur. Deinde tēporalis status imperfectione conspecta: transim⁹ ad spiritualem statũ. Adde: q̄ non satis excellentiã: perfectionem ꝛ internam mentis tranq̄llitatē status spiritualis agnoscerem⁹: nisi prius temporalē vitã: atq̧ eius incommoda experti essemus. Postq̄ igitur in superiori libro de cũctis tēporalibus ꝛ terrenis: siue secularib⁹ statib⁹: ꝛ viuendi modis artib⁹ ac diuersis hominum exercitijs actũ est in quo p vtraq̧ sui parte: tam ad cõmendationē q̄ ad reprobationē satis disputatũ est. Et quid boni: q̄d sinistri: quid vtilitatis: q̄d incõmoditatis: quid quietis: quid laboris: q̄d securitatis: q̄d periculi: q̄d honesti q̄d inhonesti: q̄d ꝟtutis: q̄d vitij: ois tpalis stat⁹ ꝛ secularis viuendi modus habeat: plene discussum est. In hoc igitur scdo libro dimissa matris introductiõe: ꝛ cõsanguineorum altercatiõe: quib⁹ de re incognita differere non licet. Decreui ego spiritualē ordinē pfessus de eodē spiritualis vite statu breui aliqua differere. Faciã ego satis non tãte rei debito nec tue sanctitatis desyderio; sed co

Ordinis ratio.

natui meo. Atq; vtinam tam digne vtiliter ⁊ diserte: de eo eminẽtissimo statu a me agat̃ q̃ illi⁹ maiestas atq; immẽsitas exigit. Subalternat̃ itaq; vite spũali duplex status: q; ipsa vita spũalis: in duos distiguit̃ stat⁹. Alter est episcopoꝝ ⁊ sacerdotũ: ac ecclesiastici ordinis ministrorum. Alter est monachorũ siue religiosorũ. De his ergo duobus statibus ⁊ viuẽdi modis: hoc libro agendũ est. Et q; ad dicendũ cãpus latus est: ⁊ materie ipse non tã diffuse ⁊ profuse: q̃ a multis tractatoribus confuse reperiantur. Quinimo propter varias scribentiũ opiniones vix legentes ꝓficere possunt. Multa deniq; in his materijs: intacta aut non satis deserta inueniant̃. Decreui sub quodã breui cõpendio: in hoc secũdo libro flosculos quosdã: circa hos duos status inserere vbi vtriusq; status ⁊ vite normã: naturam seu efficaciã necnon excellentiam laudes: cõmendationẽ: ⁊ demũ eorum labores: difficultates: aculeos ⁊ pericula adducã. Demũ ꝟo inter se: ⁊ alterius ad alterũ differentias ⁊ cõparationes breuiter perstringã. Incipiens a statu ecclesiastico: ⁊ primo a summo pontifice q̃ culmen ⁊ vertex est totius spiritualis stat⁹. Deinde a sacrosancte romane ecclesie cardinalibus. Rursus descendã ad statũ archiepiscoporũ: episcoporũ: ceterorũq; prelatorũ: curatorũ ⁊ clericorum sub ecclesiastico ordine degẽtiũ. In quo libro materias in tabula in principio primi libri descriptas discutiam. Diligens igitur lector ex motiuis; autoritatib⁹ et rationibus que inferent̃: non statim viuoc ad cõmendationem vel improbationẽ alterius stat⁹ sed motiua: rationes ⁊ autoritates: q̃ ꝓ alio statu ⁊ viuẽdi genere adducuntur accurate cõsyderet: videbitq; q; hi duo perfectissimi ⁊ excellentissimi status: omniũ aliorũ statuũ et vite humane generũ superant dignitatẽ. Oim̃ ⁊ si intra gremiũ fidei catholice existẽtes: in quocũq; degãt honesto statu: si pie vixerint: saluari possint. Hi tñ duo spirituales viuẽdi modi: singularius suos sectatores deo ꝓximiores reddũt. Et si vterq; status sanct⁹ ⁊ deo accept⁹ est: alius tñ alio perfectione ⁊ dignitate prestat: sed ⁊ altera alteris placet ⁊ cõuenit ẜm naturã; qualitatẽ; ac vi

res personarũ. Inter se tamen circa eoꝝ perfectionem: habent se sicut excedens ꝛ excessa: vt latius per discursum eorum que tradenť in hoc libro videbitur. Ea ergo de quibus in hoc secũdo libro agendus est sermo in infrascripta capita distinguũtur.

¶ Caput primũ de sublimitate ꝛ excellentia dignitatis summi pontificatus: ꝛ de incomprehensibili eius autoritate ꝛ potestate: ꝛ de illius necessitate ꝛ vtilitate; et de altissimis eius miserijs.

Ummi pontificatus excellentiã: dignitatẽ: ꝛ autoritatem huiusq; sacratissimi status: laudes: preconia attollere: illiusq; necessita tem ꝛ vtilitatẽ ostendere: hodie munus suscepi: grãde quidẽ negotiũ: sed paruũ ingenium. Cuius tanta est sublimitas ꝛ eminẽtia: tanta immẽsitas: vt nullus mortaliũ nedũ comprehẽdere: aut satis exprimere: sed nec cogitare posset. Obtũdit eñi oẽm humanũ intellectũ illius sacratissimi ꝛ omnium eminẽtissimi status: maiestas ꝛ excellẽtia: qꝛ scriptũ est. Scrutator maiestatis opprimeť a gloria. Si enim: teste Ambrosio: nihil in hoc seculo excellẽtius atq; excelsius inueniri potest statu ꝛ dignitate simpliciũ sacerdotum: et particulariũ presulũ: qui per diuersa orbis loca in partem solitudinis assumunť: quid cogitandũ est de eo summo pontifice qui vices veri dei gerit in terris. Qui ad plenitudinẽ stat⁹ qui ad apostolicũ thronũ: q̃ ad culmẽ omniũ dignitatũ assumitur. Ex qua certe vt riuuli a fonte: rami ab arbore pcedũt: qui nõ ad humanũ tñ principatum: sed ad diuinũ non ad principandũ solum mortalibus: nec modo hoibus: sed angelis. non ad iudicandum viuos sed mortuos. non in terra solũ sed in celo: nõ ad presidẽdũ solis fidelib⁹ sed infidelibus. Et vt paucis agam q̃ ad eamipsam dignitatẽ: ad eandẽ iurisdictionẽ ꝛ coactionẽ ac vniuersalẽ: toto orbe supremũ principatum a summo deo ꝛ eius loco sup cũctos mortales institutus ꝛ euectus est de hoc. De quo p Job scriptũ est ꝙ corã eo curuanť q̃ portãt orbẽ: ꝛ reges seculi atq; tyrãni ridiculũ sunt q̃ solus oẽm potestatẽ ambit. Et: sicut scri

plura cõmemorat: vnus est: et secundũ non habet. Et iterum de eo scribitur. Tu solus et nullus tecũ. Et rursus. Potens super oẽs potentes. Cuius: teste propheta: sue sunt iustitie: potestas et imperiũ. Quem iterũ Dauid signat inquiens. Dedit ei potestatẽ et regnũ: et oẽs populi et lingue seruient ei. Qui: vt canon ait: terreni simul et celestis imperij iura suscepit. Cuius summe dignitatis fastigium atq; maiestas: nõ modo apud antiquos veteris legis effulsit: ac dignius apud catholicos diuina institutione refulget atq; preeminet: sed et apud gẽtiles summum olm honorũ et principatuũ culmen tenebat. Nã vt ait Uarro ex ordinatissimo atq; eminẽtissimo gradu põtificum et sacerdotũ gentiliũ: resultat quidẽ excellẽtissimus et sublimissimus stat⁹ in vno summo põtifice. Hinc Isidorus. distinctio inquit graduũ et ordinũ inter pontifices et sacerdotes a gentilib⁹ maxime inuenta est: quando suos sacerdotes alios simpliciter flamines: alios protoflamines appellabant. et aliũ qui cunctis flaminibus presidet in summo gradu locabant. Quẽ vt idem Uarro voluit Jouis assumta veste insigni curuli et regia ad ornatum diuinitatis plurimum in eo putantes permaxime colebant. Cicero quoq; sublimitatem ac excellentiam summi pontificatus gentilium: ex illius mysterijs ostendit: dum in cultu et religione suscipienda: primus omnium erat atq; vnus ad interpretandum que voluntas esset deorum immortalium: vt statim in sequenti capite tangemus. Huius deniq; summi pontificatus sublimitas: vtilitas atq; necessitas non facile explicari valeret. Sed vt cetera taceam non satis plene recteq; vniuersitati orbis a christo prouisum foret: nec ecclesie quã christus sanguine redemit: morem gessisset: nisi talem tamq; eminentem in terris vicarium reliquisset: qui in ea potestate et autoritatis integritate: toti orbi presideret: qua ipse christus in terris manens: quippe q̃ per prophetam dixerat. Quid potui facere vinee mee et non feci? Accedit quoniam solus ipse dirigit omnem humanam creaturam in finem perfectissimum: quamobrẽ sibi vni christus claues contulit regni celorum: ac po

Sacerdotum institutio a gẽtilibus.

testatem ligandi atq̧ soluēdi in celo ꝛ in terra. Rursus summi pontificatus sublimitas ꝛ excellentia: atq̧ vtilitas ꝛ necessitas in eo cōspicit̄: quoniā teste philosopho: nō posset hic mūdus regi: nisi vn⁹ esset summ⁹ ꝑncipat⁹: ad quem vnū perueniendū est. ex quo singula dirigūtur ꝛ gubernant̄: cuius motu ꝛ dispositione omnes hierarchici act⁹ ordinant̄. Et tandē huius orbis dispositio dirigatur ad instar celestis monarchie. Nam teste Dionysio necessarius est summus hierarcha: qui quos regit illuminet. Periret em̄ omnis ordo rerū: nisi vnus summus pontifex foret: qui eūipsum ordinē: vt ita dixerim: ordinet: dirigat ꝛ exequat̄. Teste em̄ philosopho: vbi est ordo ꝛ graduū ascensio: ibi necesse est cōstitui vni⁹ excellentiam. Periret rursus ꝛ mortaliū omniū hominū cōmerciū: nisi foret vnus pontifex vice dei in terra monarcha: in quo omnes vt in glutino quodā partiū ad corpus mysticū copulent̄ ꝛ in quo singuli vt mēbra sub vno capite gubernent̄. Periret fidei vnitas ꝛ ecclesie vnanimitas: ꝛ concordia simul ꝛ pax: ꝗ nihil dulcius excogitari aut inueniri potest: nisi foret vnus supremus pontifex qui cūctos mortales ad vnius fidei ꝛ vnitatis vinculum reduceret. dicente Hiero. ob eam rem in remedium scismatis actū esse: vt vnus omnib⁹ p̄esit. Periret deniq̧ illa cunctis mortalib⁹ necessaria ad deū meditatio. Teste em̄ scriptura romanus pontifex longe perfectior: lōge dignior ꝛ efficacior: inter deū ꝛ populū mediator existit: antiquo illo balbutiente: sed iusto Moyse ac fratre ei⁹ aarō: ꝗ solū in vno populo in vna gente: sed ꝛ sup terrenis mediationis officio fungebat̄. Sūmus vo noster pontifex: teste apostolo: ex hominib⁹ assumptus: tamē ꝓ hominib⁹ constituit̄ in his que sunt ad deū: vt offerat sacrificia ꝛ dona pro peccatis. Hic igitur dignius ꝫ salubriusq̧ mediator existit populi ad deū hic sacrificia: hic holocausta nō hircoꝝ aut vitulorū: sꝫ veri sacratissimiq̧ corꝑis xp̄i deo patri offert: eosq̧ in eodē ministerio instituit: qui itidē faciāt in orbe vniuerso ꝓ delictis populorum. Hic igitur pctā diluit: hic animab⁹ fideliuꝫ penas condonat: supplicia relaxat. Hic veniam lapsis imperti

tur hic errantes corrigit. delinquentes cũ expedit reducit. Hic incorrigibiles punit: et tãdẽ pctõres summo deo cõciliat: illũq; iratũ placat. De quo sapiens ait Ecce sacerdos magnus qui in tẽpore iracũdie fact᷒ est reconciliatio. Periret rursum iustitie virtus: qr eodem philosopho teste: nisi vnus in orbe foret qui eam cũctis ministraret: et negligentiũ vicem suppleret. quicquid iustũ est periclitaretur. Unde August. sine iustitia nõ potest regi hec respub. humana Neq; enim vera aut recta potest esse respublica nisi vnus omnibus presit qui gubernet: vt regat: qui sumus pontifex est: immortalis dei vicari᷒ Periret tandem illa potissima iustitie pars quaz Aristoteles epykeiam vocat: communi bono vniuersi orbis pernecessaria. per quã summus monarcha dirigit iustũ legale. et plerũq; scriptam rigidamq; iustitiam moderatur: dispensat: detrahit. prout rerum contingẽtium suppetit diuersitas: et boni communis necessitudo expostulat. Periret demũ alia iustitie nõ infima pars: quã distributiuã vocant: que vnius proprie ẽ summi principatus qua vnicuiq; secundum eius dignitatem et merita: circa proportionem premia elargitur. Dignitates principatus regna et imperia: pro meritis donat atq; instituit pro demeritis vero transfert de gente in gentem. Quare et si cetera taceam: huius sacratissimi et eminentissimi status summitas: maiestas atq; felicitas simul et necessitas: ac vtilitas in eo facile comprehenditur. Nam si: vt aiunt nulla maior est felicitas quam multos fecisse felices. Hunc statum beatissimum tanto feliciorez dixerim quanto plures super omnes mortales facilius et: vt ita dixerim felicius: feliciores agere põt. Patz igitur huius sacratissimi status excellentia: dignitas et vtilitas atq; necessitas. Patent eius laudes et preconia non modo ex autoritate instituentis ex dignissima institutione: ex caussis dignissimis: sed ex fine optatissimo: ex beatis mysterijs: ex propinquitate ad deum: ex fructu desyderatissimo: ex cunctorum mortalium vtilitate et felicitate redundantissima.

papa tanto felicior q̃to pluires felices facere põt

¶ Caput. ij. De spiritualibus incommodis: ama

ritudinibus:miserijs:aculeis:necnon mētis afflictioni bus:periculis ꝛ laboribus summi pontificatus. vbi plurime summorū pontificū calamitates ꝛ spiritus perturbationes narrantur.

S Tupore nō paruo audita est illa omniū dignitatum suprema dignitas ꝛ cunctarū potestatū eminētissimus principat' summi: videlicet pontificat' visaq; est tanti numinis celsitudo. ꝛ auscultata tante lucis splendidissima claritas: cuius radioꝝ iubare tot' lustratur orbis atq; vegetat. Sed ꝛ ante nostre mentis oculos contemplata est tanti culminis prerogatiua: dignitas atq; excellentia. ꝛ tāti tribunalis suprema autoritas cognita est illius sacratissimi atq; diuinissimi status summa vtilitas atq; necessitas. Demū audita sunt breui ei' status laudū preconia. discusse sunt eiusdē culminis vtilia ꝛ cōmoda dulcia ꝛ prospera. Uerū q: alterne sunt reruꝫ omniū vices. nec aliquid ita prospeꝝ est: qd̄ grauissimis aculeis non tangatur. Jdcirco iuxta pollicitū ꝛ consuetum ordineꝫ eiusdē altissimi status adducenda sunt incommoda: amaritudines: labores ꝛ pericula atq; prementia. vt cernat quisquis qui in ea sedet quippe in se experiatur. Cernant rursus ꝛ ceteri mortales qui in illo status culmine summā omniū felicitatē collocant verissimum esse: quod sapiens ait: q: extrema gaudia luctus occupat: ꝛ risus dolori miscebitur. Et ꝑpterea verū esse illud eiusdē sapientis. Gaudiū ꝛ felicitatē dixi errorē: ꝛ felicitati ꝑproperabat dicēs. Cur frustra deciperis: Jn ea igit differēda re bipartita erit oratio. Jn prima quidem huius summi pontificis status incōmoda ꝛ infelicitas: amaritudines ꝛ pericula: labores ꝛ miserias: spirituales videlicet ꝛ mentales: breui sed amaro calamo describemus. Scd̄o in loco tēporales siue corꝑales miserias eius status: labores incōmoda: ac interna latētia ꝛ aperta pericula differemus. Jn primis em̄ illud antiquum sed verissimū sapientū verbū nostris mentib' repetendum arbitror: q: quicq̄d in orbe preeminet atq; pre-

cellit multis internis doloribꝰ suis afficit ac ꝑmit pos‑sessores:sed ⁊ infinitis pene mentis aculeis ac amaritu‑dinibus excruciat:quos demulcet. Ceterũ discernenda est vt puto dignitas a persona:accidens a subiecto:qua litas ab obiecto.dignitas certe eius est excellentie:eius culminis vti audiuimus:quippe de quo sanctoꝛum pa‑trum habent traditiones:quia nemo sane mentis dubi tat sanctũ esse:quẽ apex tãte dignitatis attollit.in quo si desunt bona acquisita per meritum: sufficiunt que a Petro loci videlicet pꝛedecessoꝛe testantur. Adde: quia ea ipsa dignitas teste Simacho papa aut clarosad hec fastigia erigit:aut qui exiguntur illustrat. Persona vo cui tanta dignitas heret: vt tantum sic sanctitatem vi te ex ea dignitate contingeret:sicut ex loci pꝛerogatiua nomen sanctimonie recipit. Sed pꝛohdoloꝛ altitudo di gnitatis:virtutis persone innocentiam nõ inducit. Qd si illud eiusdem Simmachi quis obiecerit:qꝛ Petrus apostolus perennem meritoꝛũ dotez cum hereditate in‑nocentie transmittit ad posteros. Id nisi falloꝛ de eis summis pontificibus plane intelligit:quos par sancti‑monie splendoꝛ illuminat. Transmittit igitur Petrus sanctitatem status;non vite transmisit sanctimoniã ca‑thedre non persone vt heredes essent futuri pontifices sue bonitatis atq̃ causam occasionem bene recteq̃ viuẽ di sctẽ pꝛesidẽdi reciperent ⁊ sanctitas loci meritaq̃ pꝛe cessoꝛis aliuz hominẽ fecerent q̃ natura genuisset. Ple‑rũq̃ enim teste Isidoꝛo dum mutatur status: mutatᷣ mẽ tis affectus. Accedit qꝛ sicut excellentiam ⁊ dignitatez: ita dignitatis sequelas : videlicet erumnas et laboꝛes Petrus transmisit ad posteros. Quas dum in pertur‑bata mente consydero:nescio romani pontifices tanta miseriarũ:laboꝝ doloꝛũq̃ imensitate respersos felices nõ potiꝰ ifelices aut miseros dixeriz. Insepabiles effi ⁊ affixꝰ atq̃ annexus est huic culmini cũctaꝝ mẽtis affli‑ctionum ⁊ perturbationuz aceruus grauissimus. Idq̃ ipse Hieronymus non negauit inquiens. Quia non est facile in loco Petri et Pauli tenere cathedraz. Et Au‑gustinus. Sicut nihil in hoc seculo excellentius: itaq̃

Altitudo dignitatꝭ persone innocentiaz non inducit.

nihil in hac vita laborioſius nilq; difficilius ac piculo ſius pōtificat' officio: ſi eo modo non militeꝝ: quo impe ratoꝝ xp̄s iubet. Qd an veꝝ ſit vnuſquiſq; i ea ſede loca tus nō mō expiꝝ: ſed patiꝝ. q plus miſeriaꝝ mētiſq; ama ritudinū in ſe cōſpicit q̄ legat in codicibus q; ſi tā gra ues hui' dignitatis aculeos non ſentit omniū eū miſer rimū dixerim. Nā: vt aiūt: propriā nō noſſe miſeriā ſum ma miſeria ē. Quis em oro letus: quis felix in tātis mi ſerijs eſſe poteſt: quis ſecurus inter mille pericula non ſemel: ſed iugiter iactatus Quis rurſus felix appellari audebit in quem vnū omniū mortaliū etiam viliſſimoꝝ hominum ora lingue mordaces: cumulatiſſime τ impu ne armantur: que vtrūq; ſuū dominē vehementiſſime cō turbent. Quis oro Gregoriū magnū vnū inter ſummos pontifices: Poſt petrum clarioꝝ ſanctiorem: aut felicio rem negabit: Is tamen grauiſſimis mentis tēpeſtatib' τ diuerſis aduerſitatibus ſiue infelicitatib' vrgebatur. Nā curarum ſarcina demum emulorum detractionib' perturbatus in ſeq; pene diſtractus: vt canōes eius ha bent in ſeipſum indignatus dicebat. Infelix ego i eccle ſia iſta quid facio: vbi me epiſcopi deſpiciūt τ detrahūt omnipotenti deo gratias ago. Quid igitur eſt qd felici or poſt petrū pontifex ſe ifelicem appellat: Aut quis in pontificatu felix erit: qui Gregorium non habet in felici tate conſortē: Aut cum quo rurſus aliquis felix ſit: qui cū Gregorio noſciꝝ eſſe infelix: Equidem tanta miſeria rū τ pturbationū mole hic btūs ſummus pōtifex refert' fuit. tot mentis perturbationib' τ cruciatibus cōſtrict' vt quemadmodum de ſe ipſo in regiſtro ait: tedio reruꝫ victus: nullum mai' ſuppliciū: quā illā ſummā felicita tem putabat. Dicebat rurſus ſpinoſam fore cathedram romani pontificis: faſtigiūq; illud ſummuꝫ acutiſſimis vſquequaq; conſertum aculeis: adeo vt corona τ purpu ratū phrigium non tam aurea q̄ ignea cenſeaꝝ. Idq; et Adrianus papa non negabat. Referebat enim ſepe: te ſte Policrato; quia non iucundis letiſq; gradib' aſcen diſſet: ſed in incude τ malleo dilataſſet eū dn̄s: quē pca batur vt dexterā apponeret quo inſupportabile onus

Gregori' et nō fuit libera de tractorib'

tamq̄ infelicē: vt ita dixerim felicitatē ferre posset. Rursus iuxta quendā sapientē: quia duplex se offert mortalibus via: qua gradiendum est. altera ad laborem: altera ad miseriam ducit. Eligat igitur quam sibi vult summus pontifex: aut enim se se miserum: aut ex libero seruū agnoscat: necesse est. Quo fit: vt apud semetipm̄ q̄etē: animiq̄ trāq̄llitatē optās: ꝛ req̄uiē nō inueniēs descēdisse nō ascendisse recte arbitrabit̄. Nā curis multiplicibus īplicat᷒ ascēsiōes suas afflictiōes poti᷒ ꝛ spīis molestias estimabit qꝛ teste Grego. quāto q̄s altior erigit̄: tāto curis grauiorib᷒ onerat̄. eisq̄ populis mēte ꝛ cogitatione supponitur. q̄bus preponitur dignitate. Quo fit. vt quantocunq̄ ingenio polleat. in tanto curarū tumultu ꝛ aduersantium sibi reꝝ assiduo cōflictu quo se ferat. ignoret Quippe ad spiritualia reddat̄ imbecillior. qui sibi in terrenis videt̄ diligentior quia. vt aūt facile celestia amittunt̄. cum terrena diligūtur. Rursus qui in eo fastigio sedet. dū securitatē vite eterne captat ad interitū. ad periculuꝫ currit. Quid ergo felicitatis habet cui nihil est securitatis? quis enim securum summū pontificem arbitrabitur. qui de portu sciens fugit ad naufragium. Si enim in parua aqua cū tēpestate periculo se nauigatur. quāto periculosior erit nauigatio in mari magno ꝛ spatioso. vbi reptilia quoꝝ nō ē numerus. quorum quedā blādiendo sirenaꝝ more miseros decipiūt. quos dum eleuant deijciunt ī profundum maris. Quedam reptilium genera vt glutiant. appropinquant. q̄ sua sunt querūt. nō que salutis nauigantiū. Quedā denīq̄ minus ledunt. dum aperte insidiātur. Quedā more beluaꝝ sub amicitie colore naui appropīquāt. vt illā dorso subuertant. quā rectis membris inuadere nō valuissent. Et. vt paucis agam. quid esse potest in tāta tempestate securum? nā teste Grego. quid est aliud potestas culminis nisi tēpestas mentis? Distrahit certe tante dignitatis cura. ꝛ tanta reꝝ sollicitudo: q̄ menti pōtificis etiam si ferrea marmoreaq̄ sit cōfusioneꝫ ingerit ꝛ suipsius ignorationē Nam iuxta grego. sepe suscepta cura regiminis ꝑ diuersa ꝛ aduersa in seipsa colliditur. ꝛ im

perfectus quisq̃ inuenietur ad singula: dum confusa mente diuiditur ad multa. Demum in his q̃ diximus: si illud infelicitatis ꝛ periculi genus addideris: nihil est cur summi pontificis felicitatem: infeliciorē et miseriorē cunctis mortalium miserijs non contendas. Obstat: eſt sue supreme excellentie: sue momentanee felicitati interioris sui hominis ignis inextinguibilis conscientie remorsus assiduus vermis q̃ nō cōsumit nec ꝯsumit: sꝫ cruciat. Que oīa tanto ꝑmunt grauius: quāto que suo congruunt officio aut nō egisse: aut neglixisse dānabiliter nō ignorat. Deniq̃ si illū periculo proximū dicimus q̃ paucarum aīarū curā suscepit: quo pacto letus: quo securus erit qui oīm curas in se vnū transtulit. Fortes certe illos humeros dixerim: nisi leuem putet sarcinā quos pulcre Bernar. tāgit inquiens: grauiori et periculosiori debito tenent̄ astricti qui multis animabus rationem sunt reddituri: quia iuxta prophetam: de manu pastoris pctā populi requirūtur. Id ipsum periculū summi pōtificatus magnus Greg. plāgebat: atq̃ in ipsa sua assumptione grauissime deplorabat: vt eius registro colligit̄. Ait eñ. Cor meū derelinquit me. nolite vocare me noemi. filios enim perdidi idest opera per terrenas curas. Prius eram super altitudines terre: sed post curarum fluctibus et tempestatibus sum depressus. Et subijcit. Quia ad hoc sufficit onus: Symia vocari leo potest: sꝫ nūq̃ fieri: quasi dixerit. vocari in ecclesia possum summus pontifex: sed opere fieri non valeo talis: nisi q̃ tali dignati congruunt digne peragaꝫ. Hec paucula inter nimia de summi pontificis spiritualibus miserijs: laboribꝰ curis ꝛ mētis amaritudinibꝰ a me breui diserta sūt. Adde q̃ infra tangent̄ cū de episcopoꝝ et aliorum ecclesie ministroꝝ aculeis: laboribus et periculis sermo erit

¶ Caput. iij. de plurimis tēporalibus: corporalibus incōmodis: amaritudinibꝰ ꝛ miserijs ꝛ calamitatibꝰ romanorū pōtificū: ꝛ de illoꝝ proptis ꝛ ei cōiūctis laboribꝰ ꝛ periculis: anxietatibus et inseparabilis erumnis.

Qui aures audiēdi hꝫ: non sine magno merore audiuit eas spirituales miserias ꝛ mētis afflictiōes

pauculas quidē ex multis. s3 veras atq3 p graues easq3 spiritus amaritudines: τ incōmoditates ac labores. sed et pericula que summum pōtificem comitantur. Super est iuxta pollicitū ordinē: vt cetera incōmoda: aduersa: et pericula tēporalia: q̄ eosdē summos pōtifices: dum in hoc laborioso vite presentis certamine militāt: tēporalr siue corporaliter premunt breuissime audiamus. In qua re magna nobis se offert ad dicēdū copia: si eēt qui tam grandi negotio parē dicendi vim accōmodaret Demus igit. atq3 p constāti fateamur. qp pquam difficile cōtingit. et fingamus alicuius summi pōtificis tanta3 aliqñ fuisse: aut esse posse gloriā. tantā virtutē moderationem atq3 industriā. vt ei cuncta succedant pspera Demū honoratus plurimū sit. et in oi orbis plaga laudat⁹ τ adoratus cui oē genu. vt debitū est. flectat. O bstāt tñ bis exterioribus felicitatib⁹ plurimaq̄ potius cruciant q̄3 saciāt: nec tñ delectent q̄3 premant. Primo q̄dē obstāt domestice cure. obstat rursus iniquissima auiditas. τ vt ita dixerim rabissima rabies ppinquos exaltādi. atq3 carne et sanguine reuelātibus familiā genus stirpē. perpetuādi. Uolūt eñ nōnulli summmi pōtifices. vt a se iā nō vna. sed plurime insignes familie τ noiatissime domus incipiant. illustres principatus nascant quo3 desyderio nō deerūt priscoꝝ exēpla pōtificū. τ longemin⁹ q̄ huiusmodi pposito faueāt. Nā docti pariter τ indocti id ipsum suadebunt alij fabulas alij scripturas allegabunt. autoritates retorquebunt prurientes: pontificis auribus. ecce inquient. nemo carnem suā odio habuit. Christus quoq3 cuius actiones summus pontifex illius vicarius imitari debet: cum dilexisset suos: vsq3 in finē dilexit eos: qui sibi coiūctos exaltauit: sed ad crucē dixerim. Multi multa dicēt vt placeant: quia idipsum placere pontifici non ignorant. Plurima suadebunt vt decipiāt. fateor tamen facile est decipere volentē Sed plerumq3 decipiūtur in adinuētionibus suis τ inde punire eos diuina prouidētia ordinat: vñ pctm̄ insurgit. Nōnū q̄3 enim ingrati sunt nepotes et contribules: ingrati pro

Inanes summorū pontificu3 cure.

Summi pontifices ab adulatoribus circunueniūtur.

Xp̄i vicarius papa

pinqui. vt a rege libie sumere exemplũ libet: cui nepos aduersus fuit: et propinqui vite insidiatores: ac fratrum interfectores. Demum si grati erunt: heredes quidem pecunie erunt: sed deheredes virtutis. Adde: quia si virtuti dediti: si studiosi fuerint: atq merito diligendi. hi pro eorum virtute plerumq emulos habent: totaq contra eos armatur indignorum turba. Id tamen raro conspicimus quinimo sepius qualificatum sanguine: preferũt qualificato sapientia et virtute: putantes ex charitatis ordine excusatos. quam a se et suis incipere aiunt. Quo fit: vt dum summus pontifex eũ ipsum charitatis ordinẽ seruare se simulat: in eũ committat. Cũ itaq ordinata charitas id primum exigat: vt coniunctos sanguine: sapientia ꝛ virtute preditos diligamus: eosq spiritualibus honorib9 ceteris pferamus Quibus nõ similibus nõ beneficia: nõ pmotiones: sed patrimoniũ si egent relinquamus: natureq non carni subueniamus. Econtra plerumq fit. Exaltant enĩ indignos: pretereũt dignos. Sz nõ diu trãsit multa tã improba psonarũ acceptio: aut enĩ taliter exaltati ditatiq illa oĩa breui consumũt tẽpore: q̃ alibi longo cruciatu põtifices luituri sunt: aut repẽtina morte eripiunt eosq in momẽto pdũt: quos lõgo studio: maximisq impẽdijs: ꝛ aĩe periculis in altũ p uexerũt. et quos exaltarunt in vita: seruare a morte non valent. Quippe quos heri et nudiustertius ad magna leti duxerũt fastigia: hodie mesti ad parua ducunt sepulcra. Et: vt paucis agamus: conspiciunt assiduas fratrũ: nepotum ꝛ charorũ prematuras mortes: ne dixerim cedes Taceo q summis pontificibus heres incertus est successor ingratus atq non placitus: ne dixerim emulus. Quod si ais: quid ne id pontifici officit: q̃ duz viuit sup cunctos mortales gloriam ꝛ imperiũ optinet: ꝛ oẽs viuẽtes iudicans a nemine iudicatur. Quippe qui in eũ solum obloquuntur sacrilegi reputantur. Quibus facile respondemus. Primo enim sublimitatem et potentatũ nõ negamus. Sed illud attẽdere libet: quia quo sublimius quis sedet: eo grauius descẽdet. Uix enĩ ex alto si ne periculo aut lab ore descenditur. Sed: vt quidam sa

Summis põtificib9 incertus heres.

piens sapienter ait:hoc inter prudentes et ignauos inter est: quia illorum descensus est:istorum vero precipitium atq ruina. Nam:teste August.quanto gradus altior: tanto casus grauior Et rursus. Quo plus ceteris quisq potest eo magis scit sibi esse metuẽdũ. Qd rursus dĩ romanũ põtificẽ sup mortales gloriã honoris et laudis nomẽ optinere. neminẽq in eo:nec vbo prũpere in quẽ sinistri aliqd cogitare nefas punibile iudicat. Fatendum est qr nõ deerũt qui laudent:et in celũ vsq ei' nomẽ et gestorũ suorũ facta extollãt:colãt venerent et adorẽt:Et:vt qdam ex modernis dicebat:nec deerũt qui obsideant: et circũstent summo põtifici q demũ assistãt:ne dixerim resistãt. Sed nec deerũt q serico terrã sternãt:celos apponãt mobiles vt sub vmbra gloriosus ptrãseat. Sz versauice nõ deerũt qui inter ea oĩa obseqorũ gñа in eũ vnũ oculos figant.de eo iudicẽt obloquãtur actus arguãt quos coram extollũt verba distorqueãt:q pauloante in psentia rũ plena sapientia ac sensuz cõsummatũ dixerũt Nec deerũt:q famã in theatro lacerẽt:quã in palatio laudant vitã seorsuz carpãt:quã corã illo cõmẽdãt.Et qcqd mali:qcqd aduersi accidat sibi vni vulgus attribuet Si pacem:si cõcordiã summi põtificis opa populi suscipiunt: nõ deerũt q id negent alias effi:vt inquiũt:futuruz erat. Si qd vero belli:si qd discordiarũ etiam sine pontificis culpa acciderit:ipse vnus causa et fomentum erit. Rursus si vis:eisdem romanis pontificibus cuncta eis votiua et prospera succedãt:aliqua tñ:imo plurima :eisipsis oĩa habentibus deerũt,Deest primo naturalis videlicet libertas.qua se ex libero seruũ cõstituit: quia merito liber esse nequit qui seruus esse maluit. Quo enim pacto dum cathenis quisvinctus est:liber esse potest:Aut quo modo piscis liber inter hamos erit. Aliud deniq Romano pontifici deest etiam cuncta possidenti forte inepte dixi. Quid enim omnia habenti deesse potest: Certe q dicat ei verum a minimo itaq vsq ad magnum omnes adulationi student.artificiose ei loquuntur vt eũ decipiant in dolo suadent vt vincant.fraudulenter supplicant vt optata pertingant. Et quia adulationez sine do

Liber esse nequit: q seruus esse maluit.

Adulatoꝛ lo nõ esse nemo dubitat dolose se se blanditores cõfede res faciũt rant:ne alter alteri contradicat:ꝛ veluti oratoris finis ꝯspiratio est persuadere verbo.medici farmacia curare:sic adula nem. toris finis ẽ persuadere verbo doloso:Nã fistula dulce canit volucrẽ dũ decipit auceps.Et iuxta Hiero. Nec venena danẽ nisi melle circũlinita.Hi pares faciũt deo pontifices diuinos profitentur.Sed: nisi fallor in eo se pontifices plurimum diuinitatis habere comprobaren tur:si tales rapi facerent ad tormenta:ꝛ in eo se dei cul tores agnoscerẽt si tales deceptores grauissime punirẽt

¶Caput.iiij.de alia infelicitate ꝛ calamitate ro manoꝝ pontificum:videlicet quia diu non viuant ĩ põ tificatu.ꝛ de causis ꝛ rationibus huius breuitatis vite in eiusdem summis pontificibus:potius ꝙ in aliijs mo narchijs ꝛ principatibus.



Elices ꝛ beatos se se summi põtifices arbi trarentur sis his tantũ calamitatibus:mise rijs:ꝛ amaritudinibꝰ quas pauloante nar rauimus nõ premerentur.sed vltra ceteras eauna omniũ grauissima nusꝙ a mẽte deci dit quinimo continue affligit:vrget:ꝛ cruciat:cuius cõ paratione reliqua omnia incõmoda:labores ꝛ pericu la:leuia quidem ꝛ tolerabilia.sed ꝛ dulcia ab eo repu tanẽ.Cum enim scriptũ sit.quia pellem ꝑ pelle ꝛ cũcta ꝙ habet homo dabit pro vita sua.Eo fit vt breuius vi ta ꝛ prematura mors:sicut vltimũ est omniũ terribiliuꝫ sic cunctis periculis ꝛ laboribus grauior atꝙ molestior existit.Cunctas enim calamitates ꝛ captiuitatis miseri as:populus israeliticus pati voluit.vt soluꝫ viueret.di cebat enim melius est vt captiui viuentes seruiamus Nabuchodonosor regi.Est ergo summoꝝ pontificum: vt aiunt:illa summa infelicitas.ꝛ tanto statui cõiuncta infelicissima calamitas qm̃ ꝛ si cũctis affluant bonis: nunꝙ:vt aiunt:diutius in pontificatu viuãt: vt de eoꝝ quolibet scriptura dicere videatur.qꝛ ante ruinã exal tabitur cor.Et iteꝝ.Exaltatꝰ cito consũmatꝰ:ꝛ in breui expleuit tẽpora m̃ta supple quibus alias viuere debue rat.Et iteꝝ:in eoipso qui priuatũ super oẽs mortales te

net illud recte impleatur. q omnis potentat⁹ vita breuis Rapiuntur quidem summi presules: et citissime post assumptionem moriuntur. adeo vt post eorum predecessorem petrum apostolum: qui per quinque circiter annorum lustra ecclesie prefuit: nullus post eum successor hoc spatium pontificat⁹ equit. quin immo si modern alibet tempora contemplari. vix ad romanum sedis culmen euehit qui paucorum metas transcendat annorum. Que si quidem breuis vite necessitas cum dignitati annexa videatur: merito apud homines natura ipa viuere cupidos: precipue sedentes in ea cathedra: omnium mortalium infeliciores et calamitosiores reputandi sunt. Uerum quia hec non recens est querella: sed antiqua concertatio et apud maiores nostros tam monstruosa et prodigialis calamitas. non solum in stuporem adducta est: sed eius ratio et causa sepe quesita Nec arbitratu meo satis inuestigata reperitur: decreui succincto sermone differere Num ea res ita sit. Demum an sufficiens ratio: siue causa breuitatis vite romanorum pontificatum: potius quam aliorum presidentium assignari valeat: Inter scribentes igitur reperimus Petrum Damiani in scripturis diuinis eruditum ac virum eloquentissimum: vt eius quedam habet epistola: interrogatum fore ab Honorio summo presule. quid cause tante esset infelicitatis. Is igitur causas et rationes inuestigare conatus. idcirco arbitratur diuinam prouidentiam ita disponere: vt humano generi metum mortis incutiat. Et quam despicienda sit temporalis vite gloria in ipso glorie principatu euidenter ostendat: quatenus dum precipuus et supremus omnium hominum: tam angusti temporis compendio moriatur: tremefact⁹ quisque ad prestolandi sui obitus custodiam prouocetur. Et arbor humani generis dum cacumen et verticem suum tam facile corruisse considerat: flatu concussa formidinis in suis vndique ramusculis contremiscat Sed subiicit quispiam fortassis obiiciet. Cur et regibus cesaribusque hec eadem viuendi breuitas non occurat. Nam et Octauian⁹ augustus: quo imperante saluator mundi de virgine nasci. et Dauid rex. de cuius stirpe dignatus est propagari alter. lvi. alter. xl. annorum circulis

papa omnium infelicior reputand⁹ est.

Causa breuitatis vite summorum pontificum

regali fastigio floruerunt. Et post xp̄i aduentū iustinia-
nus.l.fere annis imperauit. Post quos ꝛ alij videlicet
vtriusq̄ regni principes ꝛ si minusculo: nō tñ ad instar
romanorum pontificum breuissimo regnauerunt tp̄ore

Mors pape latius diuulgat quam regum.

Ad quod facile Petrus Damiani respondet: qꝛ cū vnꝰ
omni mundo papa presideat: reges aūt plurimos in or
be terrarꝫ: sua cuiusq̄ regni meta ꝯcludat. ꝛ quilibet im
perator ad pape vestigia corruit. qui rex est regū ꝛ prin
cipes imperantium ac cunctos in carne viuentes hono
re ꝛ dignitate precellit Quo fit: vt quolibet rege defun
cto: solum regnum eius destituatur administratione. cū
vero sedis apostolice pontifex moritur: vniuersus veluti
cōmuni patre mūdus orbat. Quid enī aphrica de regi-
bus afle? aut q̄d ethiopia de Hispanie principibꝰ sentit
Nam siue moriantur siue viuāt procul a se remota sunt
vtrūq̄ indifferēter ignorāt. Est ꝛ aliud. Cur mors cuius
libet regis nō magnopere fit terrori: qm̄ seculares prin
cipes qui turbis popularibꝰ ꝑsunt sepe gladijs premun
tur? Nā: vt de multis paucos adhibeā: Caiꝰ Claudiꝰ
Nero Galba Otho Uitellius. oēs isti imperatores: per
cōtinuā sunt seriē vnus post alterꝫ principati: ꝛ excepto
Claudio cuncti sunt: vel suis vel hostium gladijs interē
pti. Postmodum quoq̄: sicut romana tradit historia:
Antonius Alexāder maximinꝰ Gordianꝰ Decius Gal
lus Uolusianus. oīs hi seriatī sibimet ꝑ ꝯtinuū ordinē
succedētes: gladio trucidāte ꝓstrati sunt. Seculares er
go principes qꝛ diuerse mortis casibus exponūtur. cor
audientium eorum exitum non terretur. Pape vero vi
ta: quia sola naturalis obitus lege concluditur: eius ex
hac vita transitus: sine graui formidine non auditur.
porro quia terreni principes regni sui quisq̄: vt dictum
est: limitibus includuntur. causa nō est: cur per alienas
mundi prouincias eorū obitus diffundatur. Papa ve
ro: quia solus est omnium ecclesiarum vniuersalis epi-
scopus: cum luce priuatur mors eius per ampla terrarꝫ
regna diffunditur. Et sicut sol quia solus lucet: si ecli-
psim forte sustineat presto necesse est: vt tenebras to-
tus vbiq̄ mundus in currat. Sic etiam Papa: cum

ex hac vita recedit:illico q: vnus in mundo est:longin qua regnorū spatia mortis eius fama percurrit. Et consequens est:vt quos tam sublimis singularisq persone casus obturpat:pprie quoq vocationis exitū tremefactis visceribus expauescat. Ubi notandū quāvelit oipotens deus romani pontificis vitā hominib' in edificatione prodesse:cuius etiā mortē decreuit saluti gentium ministrare:quanto studio debet lucris animarū quoad viuit intendere:cuius mors prouidet ad creatorē suum aias hoim reuocare:vt dum se patrē orbis esse considerat:ab impetranda tot filijs hereditate desidia non torpescat. Hec est illius sapientis sentētia que ⁊ alijs persuasiuis causis ⁊ rationib' iuuari potest. Primo quidē q: cum diuina pudentia nihil in orbe agat:cuius legitima causa nō precedat pie arbitrandū est: q nō nisi ex iustis causis in diuina mēte reconditis: vitā summorū pōtificū abbreuiat. Et inter ceteras vt xpm imitent in vite periodo:quē imitari debent in viuēdi modo. Et vicarius patronū sequat. qui intēpestiue ⁊ in dimidio annorum suorū ab hac luce subtractus est. Ipse em dixit: qui mihi ministrat me sequatur. Rursus imortalis de': iudex rectus vitā donat ⁊ adimit. ⁊ sm suam nobis incognitam iustissimā distributionē. sed ⁊ cuz equissimus minister arbiter existat:ita suis ministris ⁊ fidelib' vitā distribuit vt nec alter ex recepto beneficio superbiat:nec alij eius felicitati inuideant. Obliquaretur siquidem eadē diuina ⁊ equissima distributio: si cuncta felicia et prospera que simul singulis denegat:vni cōcederet. Ea igitur diuina prouidētia:omnia in numero mensura et pondere equans:pape vicario suo:summū omniū felicitatum culmen donauit. sed ne tāta felicitate intumescat longā adimit vitaz. Ceteris vo mortalib' qd illi vni negauit:recte indulget vt ille habeat:quo istos excedat ⁊ illi optineant de quo ille inuideat. Accedit: qm cū oim mortaliū studia ad viuendū tendāt: ordinat iustissimus de' vt tā vehemēs viuēdi studiū:mors pueniat in eo presertim qui ceteris potius q sibi viuere optandus esset. Quare in eo tanto celerius vitaz eripit:quanto studio

Mors pape fit exēplo alijs mortalib'

ssus illam cupit atq; custodit. qr iuxta Gregoriũ quãto mens humana se p desyderia dilatat: tanto ad receptionem effectuũ angustat. Et iterũ hec humana vita p momenta deficit: ꝛ cum plus viuendi desyderiũ crescit: ipsa viuendi anxietas desyderio terminatur. Quo fiet vt ipsi romani põtifices omnia habentes facile agnoscant: ꝙ decipiũtur in cogitationibus suis: dum sibi longam vitam promittunt. Et qui nõ ignorant qr nõ est hois via eius: discant ea desyderare que prosint. Et dum per potentiam stare se putant quã facile cadãt aduertant. Demum negat rectissimus deus vicario suo: que optat ad eius solius vtilitatẽ: cui donat que sunt ad eius veriorẽ salutem. Nam iuxta Gregoriũ multa incõmoda incurrunt sepe homines diu viuendo. Ex his itaq; causis putarunt nonnulli sapientes ꝛ curiosi viri: romanos pontifices non diu in pontificatu viuere. An aũt rationes ipse vigeant statim subijciemus.

Caput quintum de verissimis caussis breuitatis vite summorum pontificũ: ꝛ an sit verũ vniformiter: ꝙ parũ in papatu viuant: ꝛ an in hoc romani pontifices differant a ceteris mortalibus.

Assignate sunt cause ꝛ rationes breuitatis summorũ pontificũ: prout quibusdã sapientibus placuit: que ꝛ si verer exemplares ac rationi satis consone videanẽ: pro eo maxime ꝙ timorẽ mortis ac cõtemptũ culminis dignitatũ persuadere videanẽ ꝛ ob eã rem aures demulceant: qr tamen in mente diuina recõdite sunt: cuius iudicia vt abyssus: multa nobis incognita sunt. Rursus non autoritatibus sacrarũ scripturarũ: sed potius persuasionibus innitũtur. credimus rationes ipsas nõ vsq; adeo militare: aut satis sufficere vt fateri oporteat statui ꝛ culmini summi pontificatus generaliter tributum eẽ aut vniformiter inesse. vt tãtũ apicẽ ascendẽtes digni aut nõ digni: sancti aut reprobi. p eo solũ ꝙ pontificatus culmine sedent: vita lõga aut als eis a diuina prouidẽtia destinata frustrari debẽt. Ne aũt eos imitemur qui dũ aliena refellũt: sua nõ cõprobãt. alti⁹ rẽ ipsaꝫ repe

tentes plurimis: et nostro iudicio: veridicis fundamētis deducemus: alienū esse a facti veritate cūctis videlz summis pōtificib⁹: vniformiter insitū et ppriū esse vt parū in pōtificatu viuāt. Idq3 ne dū alienū a rei veritate sed nec recta fide fore credendū arbitramur. qnimo in eaipsa viuendi ꝯditiōe aut breui aut lōgeua ipsos summos pontifices a ceteris hoīb⁹ nō differre. Et si foret vt plurimū diutius eos in pōtificatu viuere nō cernamus: id nō ex natura aut infelicitate stat⁹ siue dignitatis aplice: sed aliūde veluti in ceteris mortalib⁹ ꝯtingere. Deducemus igit primo luce clarius: aliūde romanos pōtifices et ex aliis potiorib⁹ et notiorib⁹ causis: diutius nō viuere. In sequēti ꝯo capite breui cōpendio rationes afferem⁹: quare summo pōtificatui: nō insit vniformiter: vt illū assequentes parum viuāt. Primo igitur putamus facti presuppositū veritate carere quinimo si summoꝝ pontificū annalia: si illoꝝ assumtionū tēpora: si etates animo recēsemus vtiq3 reperiem⁹ eosdē pōtifices nō modo breuiori sz lōgiori tēpore ceteris fidelib⁹ vixisse. Quippe cūvt plurimum nō nisi senes ac mature etatis viri: sz valetudinarii ad summū eligant pontificiū. Quid mirū si paruz in papatu sedeāt: q̄ diu ante illū vixerūt: Nihilomin⁹ plurimos in senectute assumtos legim⁹ diu sedisse. Lin⁹ effi xii. annis vixit in papatu. Cletus totidē. Leo q̄rtus lz senex. xv. ānis. Fabian⁹. xviii. Paschalis et Damasus. Vigilius. Innocētius atq3 Liberius totidē. Leo quart⁹ lz lōgeuus etate et valetudinarius foret: cū cathedram ascēdit viginti tn̄ annis pfuit. Alexāder. xxi. Beat⁹ ꝯo Siluester. xxiii. annis sedit. Rursus adrian⁹ pm⁹. xxiiii. annis. vno minus mēse psedit. Leo ꝯo primus. xxv. feliciter pfuit ānis. sub quo duo ycomenica apud Calcedoniam fuerūt ꝯgregata ꝯcilia. Quid igit sibi vult illorū insulsa positio: q̄ cūctis i cathedra Petri sedētib⁹ vitaz adimūt: cū tn̄ vni⁹ hoīs ad oēs pportiōe habita: plus ceteris viuere cōprobent nisi velim⁹ eos solū q̄ petri cathedram tenēt: longiore vita pre ceteris viuere. Aut forte velimus illos tūc naturaliter nasci tūc viuere incipere: cū assumunt. Aut forte conq̄ramur exēpli gr̄a. Calixtū se-

Pape q̄dam senectam attigerunt.

cundum post octogesimum assumptum annū: prematu-
re raptum quia quadriēnio fere tantum presedit: quib'
illud Nicodemi in euangelio facete simul & vere dici po-
test. Quomodo enim homo potest renasci cum sit senex?
Aut quomodo viuere incipiet is: cui naturaliter viuere
desinendum esset? Satis igitur: vt putamus: viuūt sum-
mi pontifices; si recte viuunt: longeue president si diu se
viuere et preesse arbitrantur. Sed: nisi fallimur. ideo nō
nulli summi pontifices mori premature arbitrantur: q̄r
citius q̄ vellent: sed forte tardius q̄ debent moriuntur.
Mira certe res est Volunt summi pontifices preceptum
a deo esse: vt viuant sed nolunt quidem viuere: vt prece-
ptum est. Recte igitur cum eis agit diuina prouidentia:
qui in co[illegible] vite cupidatis pena tanto celerius rapi-
untur: quanto. vt prediximus. vitam cupiunt atq̄ custo-
diunt. Quia. vt inquit Gregor. male viuunt. qui diu' se
victuros desyderant. Et Socrates dicebat. Viuere nō
meretur. cui nihil est in mente nisi vt viuat. de quo infra
tangemus in cap̄. vij. Si igitur recte si vere atq̄ catho-
lice in ea re loquendum est. indubie fatendum erit breui-
tatem aut longitudinem vite pontificis. sicut et cuiusuis
alterius. ex illius persona. aut propria natura pendere.
nō quidē ex statu. sed ex reatu non ex pontificatu. sed ex
actu. nec ex dicitate. sed vite qualitate. nec ex culminis
excellentia: sed quietis animi indigentia. Et vt paucis
agamus. tres arbitramur potissimas atq̄ vrgētissimas
breuitatis vite quorundā pōtificum causas. rationesq̄
cōmunes omnibus nō plus summorum pōtificū q̄ infir-
morum hoim̄ Quarū prima est natura disconueniens.
Secunda culpa puniēs. Tertia curarū turba vitam mi-
nuens. Prima siquidem cā naturalis disconuenientia.
Cū eñi summus pōtifex velut ceteri hoies ex q̄tuor sit
elemētis cōpactus. natura in eis vim suā equo exercet vi-
bramine. nisi forte summi potifices cōtēdāt a natura ip-
sa exemptos. idq̄ ipsi summopere optarēt. vt corpis do-
lores et cruciatus vitarent Constat autem longioris et
breuioris vite causam naturalem fore. Nam Augusti.
teste. & si in manu dei sit ois vita et mors. ipse tm̄ nature

Papa a natura nō est exemptus.

Papa a natura/ nō est exemptus.

plasmator sic cuncta gubernat et regit: vt naturaꝫ mot⁹ suos naturales exercere sinat. Causa igitur naturalis longioris aut breuioris vite hominis: scd̃m quorũdam philosophoꝝ sententiã: spiritus siue aer est: eo ꝙ illum videamus instrumentũ esse virtutis operatiuũ et vite inductiuũ: quare scd̃m spiritus proportionẽ: sic proportionatur et vita: quando quidẽ paucus existit: tũc debilitate vitam abbreuiat: sicut in melancholicis. quando ṽo multus: eo casu exsufflãdo calorẽ extinguit: veluti ventum videmus extinguere lampadem. Cum autem grossus erit: vtiꝗ virtutum vitalium operationes impedit: sic et quãdo nimis exilis tunc enim de facili spirat. quo fit vt mortem abbreuiet et inducat. Aristotelis vero et aliorꝝ philosophãtiũ schole indubitata conclusio est: calidum et humidũ principia et causas fore longioris vite hoim: quãto eñi tempore calidũ in humido nõ consumpto aut deprauato valꝫ subsistere: et quãto tpe humidũ reduci põt: atꝗ a calido conuerti. tanto tpe indubitanter vita cuiusuis mortalis durat. Que siquidem mensura circa tria potissime attenditur. videlicet circa quantitatẽ: itẽ qualitatẽ ipsius calidi et humidi. tertio scd̃m qualitatẽ membroꝝ atꝗ vasoꝝ in ꝗbus opaꝛ: put lati⁹ in libro de morte et vita phũs tradit. Qñ igiꝛ in hũano corpore adest illa discõuenientia: aut contingit caliditatis et siccitatis excessus ipo humido radicali: aut ꝯsumpto aut deprauato necesse est: vt vita hois abbreuietur. contingit aũt varijs ex causis excessus ipse: siue humoris deprauatio. ƒm naturaliũ et medicoꝝ traditiões. id tñ facilius in principibus cõspicimus: qui putant se ita esse dominos stomachoꝝ et ventrum suoruꝫ. sicut et olim subditoꝝ: quotidie siquidẽ pretiosis atꝗ splẽdidis sapidisꝗ cibis: varijsꝗ modis preparatis passiꝫ vescunꝛ et noruũꝗ varietate potanꝛ Et quia maiore quãtitatẽ sumitur: quod auidius et sapidius deuoraꝛ: necesse est ex multoruꝫ diuersoruũꝗ ciboꝝ varietate grauetur stomachus quo fit vt edendo edendi appetitus amittaꝛ generentur ꝗ ventositates inflatiões in ventre: tremores in membris: ac febres: et tandeꝫ prematura mors accidat Hinc

principes stomachorum sicut et subditorum domi nos se esse putant.

Aristo. de secretis secretorum ad Alexandrũ. Nihil inquit qd magis vitã prolonget: q̃ cauere a superfluitate ciborũ: nec est qd magis abbreuiet q̃ comestionẽ comestioni superaddere. Hypocrates em̃ adeo dietas seruabat: vt debilitatẽ corporis ex industria sustineret: malẽs debilis viuere q̃ robust⁹ ꝛ piguis mori. Dicebat em̃ q: malebat cõedere vt viueret: q̃ viuere vt cõederet. Addẽs q: alimẽta hoib⁹ natura dedit ꝑpter durabilitatẽ: non durabilitatẽ ꝑpter cibũ. Hinc sapiens Salo. ait. Equa vita hoibus in sobrietate ꝛ qui abstinens est adijciet et vitam. Falso igitur culpa persone dignitati attribuit: indigne summi põtificatus dignitas: ꝑpter ventris ingluuiem diffamat. Sed rectus est deus ꝛ rectũ iudiciũ suum: pena certe tenet autores suos: scriptũ est. anima idest vita que peccauerit ipsa moriet. Et consonũ ratiõi est: vt qui peccat in vitam ꝓpriã in ea puniat. Ridiculum ꝙ videt asserere mortales ꝛ naturales hoies determina tũ quẽdã statũ: aut dignitatis culmẽ assequẽtes a legibus nature exẽptos fore. Et presertim summi dei vicarium: hominẽ purũ ꝛ nature subditũ: qui quanto deo proximior existit: tanto legibus nature: vt legibus patroni sui astringit. Natura em̃ lex dei est: q̃ eius vicari⁹ ligat. Secũdã ꝛ principalẽ causam breuitatis vite summorum pontificũ: sicut ꝛ ceterorum hominũ: culpã punientem diximus. Nihil em̃ magis vitã hominũ abbreuiat q̃ peccatũ: idq plurimis diuinis testimonijs cõprobat qd in eisdẽ romanis pontificib⁹ facile reperiri libet. Nã ad quendã ex summis ꝛ veterib⁹ sacerdotibus qui typũ pro eo tẽpore summorũ pontificũ gerebant: deũ per prophetã dixisse legimus. precepta mea cor tuũ custodiãt: longitudinẽ em̃ dierũ ꝛ annos vite ꝛ pacem apponẽt tibi. Demũ in expresso alibi summo pontifici lõga a deo vita ꝑmissa est. Siquidẽ alius ꝓpheta summũ sacerdotem designans. Super aspidẽ: inquit: ꝛ basiliscũ ambulabis: ꝛ conculcabis leonem ꝛ draconẽ. Et statim subijcit. Eripiã eum ꝛ glorificabo eum: ac longitudine dierũ adimplebo eum. Nec ab re quidẽ: cum em̃ scriptũ sit: q: opus iustitie vita est merito sancti iustiq pontifices: lon

Scda causa breuitatis vite sũmorũ pontificum.

ga perfruuntur vita. Unde alibi scribitur. Si in lege mea ambulaueris longos faciã dies tuos. Et iterum. Querite deum ꝛ viuetis. Iniusti vero ꝛ reprobi e vestigio vita priuant᷑: q꜡ ad omnes illa vox dicta est. Uiri irã qui non dimidiabũt dies suos. Et rursum. Iniusti mox sicut honorificati fuerint ꝛ exaltati deficient. Et alibi. Uidi impiũ exaltatũ ꝛ eleuatũ sicut cedrum: ꝛ transiui ꝛ ecce non erat. Que siquidẽ autoritas proprie summũ pontificẽ signat: cum dicit. Exaltatũ sicut cedrum que cunctas plantas eminentia ꝛ altitudine vincit. Talibꝰ certe comminat᷑ propheta dicens: fiant dies eius pauci ꝛ episcopatũ eius accipiet alter. Unde Augustinus pulcre inquit. Uita hoĩs media est inter vitã peccantiũ hominum ꝛ innocentiũ ꝛ angelorũ: si viuit homo ſm carnem: peccatoribus cõparatur: qui non dimidiabũt dies suos: qui viuit ſm spiritũ per diuturnam vitam angelis comparatur. Sed licet quispiã plerũqꜫ reprobi ꝛ iniusti diutius: boni vero partius viuũt. Quod ꝛ fateor ꝛ antiqua querella est a ꝓphetis ꝛ sanctis viris deo soli reseruata: quantũ tamẽ ipsa diuina ꝓuidẽtia sanctis intelligere noscereqꜫ permisit: illud vtrisqꜫ conuenit: illis ne amplius peccent: istis quia id sibi expedit: non em̃ ei mors ipsa pena est: sed remedium vt molestie ꝛ mundi miserie que eos premunt ꝛ alias vinci non poterant vite sue breuitate vincantur ſm Ambrosiũ. Unde Seneca. que videtur intẽpestiua mors: iustis est cõpleta vita: quia miseriarum finis est. Quare subdit: rudis satis videtur tyrãnus cum potius a pena liberat quem punire se credit. Rapiuntur igitur boni pontifices vt requiescãt a laboribꝰ suis: ꝛ ne malitia mutet intellectũ illorum. Adde: quia ſm Gregoriũ papã de se loquentẽ: quosdam magis delectet pergere q̃ manere: magis citius preuenire q̃ morari: nedum oblectatur in via obliuiscatur qđ desyderat in patria. Et iterum idem Grego. aliq̃n secreto iudicio agitur: vt electorũ vita abbreuietur. ne viã pro patria diligamus. Ut igitur paucis agamus: tunc summi pontifices sumne erunt felices: tunc vere beati: tunc gloriaꝫ, tunc famam dilatant: tunc nomẽ perpetuant: tunc lon-

gos ꝛ incolumes videbũt dies. si ecclesie cui presunt pro

Papa quo pacto diu viuere possit.

mouent honorē: si fidem quam exaltare professi sunt: augere conantur: si religionis dilatãt: cultũ: si mores emendant: si superbos humiliant si exaltant humiles. si sunt munifici in egenos: in copiosos frugaliores: si sapientiã: si virtutes p̃mio: si vitia equa penarum lance cõpensant. si iustitia vsquequaque ambulat ante eos: ꝛ imponunt in via prudẽtie cũctos gressus suos. si tyrannidem viriliter reprimant. si ad pacem orbis inuigilant: si ab oib⁹ extremis equo spatio discedũt. si cessat in eis prodigalitas. abest omnis auaricia q̃ illa ecclesiã vastat hec gloriam mentiri veritas non potest. scriptum est: q̃ odit auariciã longe fiãt dies eius. Tertiã causam breuitatis vite summoꝝ pontificũ: non quidē ip̃m pontificatũ dixerim: sed vrgentiũ atq͂ prementiũ turbam curaꝝ: ac assiduam mentis agitationem qꝛ scriptũ est: tristis spiritus exsiccat ossa. Et iterũ: deprimit terrena inhabitatio: sensum multa cogitantē. Hinc Aug. sup illo verbo Jacobi iiij. Uita nostra vapor est admodum patens ait: cure ꝛ assidue cogitationes corpus extenuant: ꝛ mẽtis fatigationes: rerumq͂ inextricabiles questiões humores olm exsiccãt; frequentia hoim morbidat: tristitie consumũt negotiorumq͂ sollicitudo coartat. Hinc ꝛ Cassiodorus Nihil est quod vite hois magis officiat: ꝛ dies ei⁹ abbreuiet: q̃ tristitia mẽtis: lãguor animi ꝛ reꝝ sollicitudo multarum. Nam sicut: teste sapiẽte: letus animus floridaꝫ reddit faciem ꝛ iucunditas cordis vita est consummata hominis: ita anxius ꝛ curis fatigatus animus corpus macerat: ꝛ vires minuit: humidũ ꝯsumit: caliditatem auget cũ siccitate. Ex qua re appetitus perditur ꝛ tandem mors acceleratur vt pauloãte in prima naturali causa deduxim⁹. Has igit̃ putamus causas verissimas: has ratiões: hec fundamenta breuitatis vite summoꝝ pontificũ: nõ quidem ipsius culminis statũ ꝛ eminẽtiã q̃ sancta ē: ꝛ i illo nullus peccauit: sed q̃ ea abutit̃.

iij. causa breuitatis vite summorum pontificum.

¶ Caput. vj. in quo assignantur cause ꝛ rationes quare illoꝝ opinio nõ sit tenenda. qui putarũt summis põtificib⁹ bonis ꝛ reprobis vniformiter institutũ ꝛ propr

um esse vt in pontificatu parum viuāt.

Ceterū vt huic articulo finē demus: ne de il lorum simus numero: qui ab aliis mature tradita leuiter refellunt nec causas reddūt: breui rationes et motiua deducemus: quibus apertissime probatur: opinionē illam nō esse ferendam: nec recta fide tenendam videlicet summis pontificibus vniformiter insitum esse: vt parum in pontificatu viuant. Primo igitur idipsum probant ea que supra tetigimus. Secundo quia facti veritas longe aliter rem demonstrat. Tertio ea vite breuitas: quatenus nostrā tenet iustitiam: in nulla alia totius orbis monarchia imperio aut principatu ecclesiastico aut mūdano reperitur. Quinimo si veteris legis summos pontifices reges siue monarchas recolere libet: nō eos tali lege taliq; censura constrictos reperiemus veluti de Melchisedech Moyse et Aaron. Hely. Eleazaro et plurimis: q longo admodū tpe in summo sacerdotio vixerunt: vt in precedenti cap. tactum est: Quarto quia: nisi fallimur: qui vite breuis necessitatē: summis pōtificib' imponunt deum arguunt acceptorem personarum. Nam cum olim hoim: vt scriptū est: vita est in voluntate dei: in q omnes viuim'. mouemur et sumus et ita iudicat magnum: sicut paruū: qr scriptū est: Pusillum et magnū ipse fecit: et eq liter cura est deo de omnibus: quinimo de hois vita loquens propheta ait. Non accipit personam principis. Et iterum Non subtrahit personam cuiusq; dnis: q est omniū dnator. Subtraheret itaq; personam: si prematture vite eius presidentem. citius quam alios vita priuaret: atq; a terra subtraheret. Quinto nō est verosimile: sed a veritate alienum: deum cuius cura est de ecclesia sua: de qua per prophetā dixerat: quid potui facere vinee mee et non feci: velle quouis modo parare occasionem scismatibus et periculis atq; eam discidiis et diuisionibus pariter exponere: quod esset si lege eterna et vniformiter ordinasset vicarios eius i terris pre ceteris hominibus parum victuros. Ex crebris enim hui' sedis vacationib': scismata: pleraq; pericula ecclesie immine

re et sepe accidere perspicuuz est Absit enim a diuina bonitate: vt hoc fastigium apostolice sedis ab eo pro communi ecclesie vtilitate et eiusq; vnitate institutum in eis discidium periculum et detrimentū conuerteret: et ex eo statu necessario scismata puenīūt: in quo sedētes necessario breui viuendum est. Nam: vt ait Hiero. in remediū scismatis actum est. vt vnus omnib⁹ preesit: et ob eam rez sanctorū virorum traditiones et sacri canones: vacationis huius sedis et obitus summorū pontificū plurimuz formidarūt. Sexto absit q ecclesia dei in traditionibus et cōsuetudinibus suis quouismodo erret: que a spiritu sancto regitur Ipsa tamē per totū mundum diffusa sine intermissione p vita et incolumitate romani pontificis ad deū assidue orat. Nam. vt pulcre canon sancti Bonifacij martyris ait: pro romani pōtificis vita atq; perpetuo statu vniuersitas fideliū tanto instātius orat: quanto suam salutem post deum ex illius incolumitate animaduertit propensius pēdere. Hec sunt verba canonis. Ecce formalia vba que oēm dubitationē tollunt. Erraret vtiq; ecclesia et improuide ageret atq; deo contradiceret orando pro illius longa vita et inculumitate q ex diuina dispositione que eum voluit et presciuit parum viuere et sic necessario breui moriturus est. Septimo ex ea breui et certa necessitate moriendi: aufertur summo pontifici magna vtilitas sed et grande meritum qd ex incertitudine temporis mortis cunctis fidelib⁹ puenit. Nam: vt inquit Greg. super illo verbo: qua hora nō putatis. et cetera: Tēpus mortis ideo dñs nobis voluit esse ignotū vt semp possit esse suspectum: et dū illud tempus preuidere nō possumus: ad mortē sine intermissione preparemur. Si ergo papa parum se viuere sciret per cōsequens mortem preuidere posset: quo fiet vt frustaretur tanto bono videlicet timore mortis quia scdm Grego. tāto plus mors timet: quanto minus preuideri potest. Preterea cum papa sit in statu omniuz perfectissimo: indignum est vt propter eandē perfectionez alio proximo bono priuetur: videlicet grādi merito quod ex longa vita iustis puenit. Quāto enim iustis viris magnis prolō

gatur vita corporalis: tanto felicior reditur in effectu premij salutaris. Nam: Augusti. teste hec valli s mise rie fit eis vallis vbertatis bonorum spiritualium Fit etiam campus certaminis et pugne victoriose. Est enim vita nostra secundum Bernardum locus lucratiuus. Ea de re Paulus longam vitam optauit simul et procurauit. cum submissus in sporta per murum persecutoris insidias declinauit. Denique ipse christus dulcissime matri sue post eius passionem longam vitam promisit pariter et donauit. Sed et Joanni euangeliste quem christus plurimum diligebat: et ad apostolatum vocauit: non tamen sine suo et plurimorum profectu ad centesimum vsque annum vno minus vitam prolongauit. Quod ergo christus dilectis suis promisit donauit atque laudauit: idipsum vicario suo negare non debet pro illius ampliori merito et ecclesie sue vtilitate Octauo hec pontificis mors quam prematuram dicunt aut est in illius penam aut in premium aut est proprium cathedre. Non quippe in penam: quia nullus sine culpa punitur. Scriptum est enim absit a te domine: vt perdas iustum cum impio. Justus et rectus pontifex: si parum in pontificatu viueret: puniretur sine culpa: quod est inconueniens. Sed et alia ratione hec breuitas vite. nec in penam nec in premium esse potest. Quia ex eo quod necessario futurum est: quia quod quis vitare non valet: non consequitur nec penam nec premium: secundum Augustinum. Si vero sedi annexum est. tunc sequatur absurdum necesse est. vt videlicet aliunde quam ex voluntate propria quis mereatur aut demereatur. consequatur penam aut premium: Adde: quia christus romanam ecclesiam instituit duraturam vsque in finem seculi. Indignum itaque videtur vt in sede perpetua sedens breuius viueret. quam in ceteris prophanis et temporalibus cathedris sedentes imo congruum esse: vt longioris essent vite: et quod eis a natura prouenit: deus cuius est vicarius non auferat. Inconueniens enim videtur: vt presidens in sanctissima cathedra: deminutionem vite suscipiat a cathedra quam bene viuendo honorat. et in ea viuens fidelibus proficit. Sed neque est largitati diuine consentaneum: vt abbreuiata sit manus eius in vicario et ministro suo: de quo: vt supra tetigimus: per prophe

tam promissum est:quia si in preceptis suis ambularet eriperet eum et glorificaret eum et longitudine dierum impleret illum. Confirmantur predicta:quia si pōtificatus esset pprium parū viuere:papa dei vicarius et minister esset peioris et durioris conditionis ꝙ ceteri hoies. Et hoc in duob⁹. Primo cū ceteris imo oibus hoibus a deo dictū sit:ecce dedi ante faciem tuam vitā et mortem: bonum ⁊ malum:si vniformiter breuis esset mors pape: auferret ei illud beneficiuꝫ ⁊ istud bonū:vt sit ante faciē eius vita ⁊ mors. Secundū cuꝫ deus in dicta autoritate appellet vitā bonū:et mortē malum:tūc ea sola ratione quia eius est vicarius et minister reciperet ab eo odia ⁊ mala:cum potius bona sumere deberet:quia scriptum est Qui ei ministrat vita viuet. Et iterū. Ministros eius non derelinquet Absit enī vt deus reddat p bono malū.

Caput.vij. quo respōdetur motiuis illoꝝ qui dixerūt papam parum viuere in papatu. et in quo sensu sit intelligenda predicta opinio:et quomodo cum veritate possit saluari.

O stremo vt de statu romani pontificis nos absoluamus quāꝗ ex supradictis luculenter respōsuꝫ sit rationib⁹ ⁊ motiuis in principio adductis.qbus aliq sapiētes ⁊ cōtemplatiui psuadere poti⁹ ꝙ pbare visi sunt romanis pōtificib⁹ vniformiter datū eē:vt paꝝ in papatu: viuāt nihilomin⁹ pticulari⁹ satisfaciem⁹ pdictis rōnibus. Deinde vt morem pdictis sapiētibus geramus:qui positionē hmōi affirmarūt.deducem⁹ breuissime.quo intellectu:quo sensu eadē positio intelligēda sit.vcꝫ romanos pōtifices nō diu in papatu viuere. Primo igit dicimus rōnes:psuasiones ⁊ motiua pdictoꝝ scribentiū ad vnū tantū fundamentū referri. Aiūt enī vtile esse fidelibus romanoꝝ pōtificū breuē vitā:p eo maxie: qr illius breuis periodus ceteris fidelib⁹ terror ē:vt sese ad mortē parēt agātqꝫ de cōmissis penitētiā. Rursus vt dignitatū culmina facilius contemnāt ꝙ oia vnico verbo soluūtur. Dicimus enī qr hac vtilitate ex tali verosimili timore prouenienti:non eget ecclesia:presertim cuꝫ illius ex

presso dispendio et vnitatis incomodo ac capitis nostri crebra periculosaque subtractione. longe siquidem magis terroris atque timoris. mortalibus ex multorum quam vnius interitu incutitur. Plusque meroris ex plurimorum florentium iuuenum prematura morte cocipimus quam ex senis vnius naturali morte maximis curis et sollicitudinibus constipati. Ad cotemptum vero dignitatum. alia nobis sunt tradita efficaciora documenta. Adde quod illarum natura potius quam possidetium mors ad eorum cotemtum inducere videtur. Cuius illa: teste Boetio: contemnendi summa ratio est. quia recte spernenda est dignitas quam maligni plerumque assequuntur: et quam plurima pericula comitantur. Cetere vero rationes. persuasiones veri sunt quod cotrarijs et potioribus persuasionibus tolluntur. Accedamus ad secundum quod polliciti sumus videlicet discutere et declarare quo sensu intelligenda sit predicta coclusio: eorum qui dixerunt romanos pontifices vniformiter parum viuere in papatu. Dicimus igitur quod multipliciter predicta positio ad verum sensum reduci posset. pro quorum intelligentia inferimus breuissimas duas conclusiones. Prima est: quod romanus potifex recte et pie presidens: licet paucis annis post papatum in mundo fuerit: longo tamen tempore viuit: cuius ratio est quia totum tempus sui potificatus sibi lucratus est. fuitque sibi idem tempus viuum Secunda conclusio est: quod si romanus pontifex non recte nec pie in papatu vixerit. licet centum annis in eodem pontificatu fuerit: tamen non diu immo breuissimo tempore censendus est presidere. Cuius ratio est: quia residuum immo totum sui potificatus mortuum est. Vixit ergo mundo longo tempore: sed deo sed fidelibus; sed sibi breuissimo. respectu fructuose presidentie. Est ergo intelligenda positio predictorum scribentium: secundum hanc vltimam conclusionem: videlicet quia verissimum est: quod romanus potifex non pie nec recte sed inutiliter presidens; quantocumque tempore in papatu fuerit: parum tamen in effectu viuit. Nam primo sibi modicum vixit; cum totam pene inutilibus occupationibus perdidit: parum etiam deo vixit; quo ad spiritualem fructum. Probandus igitur ac roborandus est huiusmodi articulus. Primo igitur dicimus quod

romanus pontifex:licet lõgissimo tpe in papatu prefuerit:si tñ plurimis occupatiõibus inutilib' ⁊ curis ⁊ sollicitudinibus terrenis tẽt' sit pax viuere dicẽd' sit:pro cui' declaratiõe p̄supponim'.q̄a ſm nr̄m Sene.non accepim' breuẽ vitã ſ3 fecim': nec inopes ei' sum' ſ3 pdigi Nam veluti ample ⁊ regie opes. si ad malũ dominum venerũt:in momento: Si vero licet pauce:bono custodi tradite sunt vsu cre'cũt: Ita etas nostra bene disponẽti longa ẽ immo si ea vti scimus:longissima est.si vero nescimus:breuẽ vitã facim'. Papa igiẽ si inutiliter ⁊ reprebẽsibiliter in papatu viuit:parũ viuit. Nam vt aiũt iuriste:nihil ⁊ inutile equiparanẽ:⁊ presidere non diciẽ qui inutiliter presidet. Ait enim scriptura:quia conquerebatur sanctus iob quare impij diu viuũt: Sed statim subijcit. Uerũtamen non sunt in manu ei' bona illius:⁊ numerus dierum illius dimidiatur:quasi dixerit: non repugnat q̄ diu viuant:⁊ modicum viuant. Nam non diu viuunt:q̄ diu ĩ sua ĩpietate viuũt:quia scriptũ ẽ: abominatio est deo vita impij. Itaq̄ quo ad deum ⁊ effectualiter:paruo tempore viuit.⁊ hoc ẽ quod sub paucis:sed elegantib' verbis refert sapiens Salomon. ait enim si quid impiorum longe vite fuerit in nihilu3 computabiẽ. Ex quo patet q̄ vita eius:licet longa:breuissima reputaẽ:q̃d idem sapiens confirmat ait enim Etas senectutis vita immaculata q2 vita longa que per senectute3 designaẽ:proprie est vita immaculata. Ex quo sequiẽ:q̄ non viuere aut pax viuere censeẽ:qui inutiliter aut maculate viuit. Cetex parũ viuit Papa:q̄ terrenis occupationib' transigit tẽpus. Si eni papa ad memoriam reducit:quantũ vite sibi auferũt lites inutiles:causax strepitus quantum illa officiosa oim rex que in orbe sunt notitia quantũ morbi q̄s manu sibi facit: videbit q̄ paucissimos annos sibi habuit:⁊ pax ac breuiter vsus seipso fuit. Quõ enim longo tempore viuit. q̄ non sapientie:non laudatis studijs.non paci:nõ quieti christiani populi vacat: Cum scriptum sit:eruditio ⁊ sapientia veram vitam tribuit. Non ergo diu viuit cui districtus animus est: qui nihil speculatiuum: nihil intel-

Papa terrenis occupatus.

lectuale recipit. sed quicquid admittit: actiuum et terrenum est omnia velut inculcata conspicit quinimo: vt quidam sapiens ait: viro occupatissimo nihil minus est quam viuere. Si vero papa nihil ex suo tempore inutiliter labi permittit: sibique vacat: eius vita longissima est: licet paucis sit annis computata. Itaque: vt putamus: hic est sensus elegantissime Salomonis sententie senectus: inquit venerabilis est: non diuturna nec numero annorum computata. Ecce: inquit: senectus venerabilis est non diuturna: diu viuendo Sed sibi vacando: non diuturna plurimis annis sed actionibus sanis: nec numero annorum computata sed virtute et otio adornata. Itaque longissimo tempore viuit: qui breui tempore: tamen sibi vacans: viuit. quia quantumcunque viuit: id sibi totum tribuit. Romano vero pontifici qui populorum curis angitur. necesse est tempus deficere: quia illius vitam populus tollit et eripit. quo fit: vt paruz ille viuere censendus sit: quia nullum aut modicum tempus in suos vsus conuertit. Et hoc est: quod idem Seneca dicit: quia decipitur qui propter canos et rugas in fronte putat diu vixisse. Non enim nauigasse putandum est. quem seua tempestas a portu huc atque illuc tulit. totumque orbem egit: de quo dicere verum est: quia ille non multuz fuit peregrinatus: sed plurimuz iactatus. Itaque cum romano pontifici non desunt: vt dictum est: infelices et misere sollicitudinis cause: adeo vt per tot occupationes non solum vita non geratur: sed optatur ad negotianduz merito tam inutilibus occupationibus pressus: breuissimo tempore viuit. quia qui omne tempus perdidit: paruissimo tempore viuit. Adde quia omne tempus aut fuit aut est aut futurum est papa enim si pie non regit si terrenis occupationibus deditus: nec spiritualibus intentus sit non vacat respicere preterita: et si vacat molesta est recordatio. Quod enim iucunde recordabitur si ambitiose conuiuit: si superbe prefuit: si arroganter ceteros contempsit. si auare congregat prodige effundit necesse est harum rerum memoriam teneat Nam omnis etas: aut preteritorum obliuiscitur: aut

illorũ cum molestia recordatur. Constat tñ q₂ preteritũ certior est pars nostri tẽporis. presens vero tẽpus perbreue est: ante desinit q̃₃ incipiat. solũ tamẽ hoc tẽpus papa habet qđ tam breue est vt teneri non possit. Futurũ vero dubiũ est. Quo fit vt romano pontifici omne tẽpus perbreue sit. Nam presens tẽpus propter sui breuitatẽ: aut non sentit aut negligit: futura timet: p̄terita cruciãt: sic omne tẽpus breue est. Rursus alio sensu papa non diu viuit: q₂ parũ viuit: qui assiduo timore mortis astringitur. Facit em̃ ipse timor romanũ pontificẽ vitam pedere: quod est non viuere: q₂ iuxta Catonẽ. Qui metuit mortem: quod viuit perdit idipsum. Non sic apostolus paulus timebat morte₃: sed plerũq₃ optabat. Ille em̃ q₂ pie ⁊ iuste prefuit: q₂ nihil sibi conscius erat: intrepide dicebat: cupio dissolui ⁊ esse cum christo mori non timebat mundo: qui optabat christo viuere: sed et alibi vita₃ penam putabat ⁊ mori lucrũ. Ad hunc sensum dicebat sapiens. q₂ iustus cito perit: impius autem multo viuit tẽpore in malitia sua. Justus: inquã: cito moritur: q₂ q̃₃q̃₃ paucis diebus in seculo manserit multo premiorꝫ cumulo floruit. Itaq₃ quo ad numerũ dierũ: breuis eius fuit vita: sed quo ad fructũ ⁊ meritũ lõgissima. Nam: vt inquit Cyprianus: iustus magis letatur ꝙ breuem: s₃ bonam: vitam egerit: q̃₃ ꝙ longã nõ viderit. Impius vero lõgo tẽpore viuit in malitia sua: q₂ l₃ multis annis in seculo vitã egerit: paruũ tñ fructũ pegit: qua de re in effectu breuissimo tp̄e viuere iudicãdus est. Uel alio modo: impius longo tẽpore viuit q₂ cũ cogitatiões suas in lõgum ordinat: dies q₃ sibi multos p̄mittit: meditatione ⁊ desyderio suo longo tp̄e viuit. Uel alio modo. Impius longo viuit tẽpore. i. toto vite sue tẽpore viuit in malitia sua. Totũ em̃ tẽpus vite sue alicuius l₃ breue sit multu₃ dicit sibi: veluti al's dicitur: quod multũ dat qui totu₃ dat. Nec intelligenda verba sunt vt sonat ꝙ impius lõgo annorũ tẽpore viuat: ne contradicat prophete sententie: qui ait. Uiri impij n̄ dimidiabũt dies suos. Deniq₃ alio sensu papa non diu viuit: quia qui diu viuere cupit: diu viuere non videtur. Unde Chrysostomus maximus

vite impedimentũ est viuēdi cupiditas. Et Cyprianus. Illius est in mundo remanere velle: quem mũdus oblectat. Et vt supra diximus cum Gregorio. male viuunt qui diu se victuros desyderant. Desyderanti enim diu viuere omnis etas breuis videtur: quippe qui nullā mortis diem videre vellet. Non sic vitam concupiuit rex et propheta Dauid: q2 enim pie ꝛ iuste prefuit: non desyderabat diu viuere. q̄nimmo dolebat: ꝙ incolatꝰ suus prolongatus esset. Cum ergo romanus pontifex pie regit: semper in eius meditatione mortem prestolatur: illamꝗ exoptat: quare recte parum viuit quia parũ vitam estimat. Non sic de impio. de quo ait sapiens. O mors ꝙ̄ amara est memoria tua: homini iniusto habenti pacem cum substātia sua. Et vt paucis agamus: sancti prophete et qui pie populis prefuerũt: clamabant desyderātes liberari de carcere mortis huius. ꝛ tanꝙ̄ inuiti detinerentur voluntarie moriebantur. Quo fiebat vt iuxta eorum desyderiũ parum viuerent in seculo. Romani ꝟo pontifices econtrario mori timentes: clamant desyderātes viuere. ꝙ̄ꝙ̄ plurimis annis viuant: cum tamen preter eorum mentem moriuntur. non tanꝙ̄ exeant de vita. sed tanꝙ̄ extrahentur clamant parum vixisse quia nunꝙ̄ mori vellēt. Fatemur tamē quia si papa ad fructũ spiritualem: et ad lucrum animarũ ac fidei incrementa: occupationes recipit longissime viuit. licet breuissimis diebus prefuerit. Idꝗ aget si iuxta quendam sapientē totius orbis ratiōes administrat tam parse ꝙ̄ alienas: tam diligenter ꝙ̄ suas: tam religiose ꝙ̄ publicas. Longe diffusius: ꝙ̄putauimus egimus de romani pōtificis statu: illiusꝗ sublimitate ꝛ excellentia: necnon de eius infelicitate: prosperis ꝛ aduersis dulcibus et amaris: Superest vt transeamus ad statum sequentem perfectũ ꝛ excellentem: videlicet dominorũ Cardinalium. Deinde ad omnes alios gradus ꝛ ordinis ecclesiastici ꝛ spiritualis status.

¶ Caput octauum de excellentia et prerogatiua status et dignitatis Cardinalatus; et de laudibus et preconiis eius.

Ardinalatus siquidem dignitas et excellentia post summum pontificatum ultra omnes ecclesie dignitates supereminet ac culmen: gloriam et potentiã obtinet. quippe q eodem summi pontificij splendore coruscat. Quis enim radios splendidissimi solis ab eius lucis claritate: a glorie et laudis immensitate divellere conabitur. Aut quis mẽbra a corpore: ramos ab arbore separabit? nisi forte quis dicat: qr plurimum inter hos et illos interest. Truncata siquidẽ altissima cedro: rami arescunt: eclipsato sole: radij densantur: mortificato corpore mẽbra motu frustrantur. Sed in cardinalib⁹ mystici corporis ecclesie: ecclipsato morte pontifice: illorum officium non decrescit: sed dignitas virescit: nõ confundit sed magis diffunditur. quinimo in seipsis tota pene ecclesie autoritas refunditur. Dum tamen agit in humanis: illius et illorum tanq̃ capitis et membrorũ una est laus: quorum una est virtus una excellentie gloria: eadem inseparabilis unitas. Tanta est enim inter romanũ pontificẽ et cardinales cõmunio: tanta unio: ut omnis summi pontificatus excellentia et culminis eminẽtia illorum esse videatur: ut unum corpus reputetur. Nec modo unio inter eos unitissima consistit: quinimo: ut ita dixerim: eadẽ idẽtitatis. adeo ut quod vel favore vel odio illam sedem concernit et cetum cardinaliũ veluti partes corporis sui tãgere censendum sit. Hinc sapientes voluerunt ex eaipsa idẽtitate: cardinales summo presuli fidelitatem aut obedientiam iurare vel prestare non oportere: veluti nec a seipso quis fidelitatẽ requirit. cum inter petentẽ et dantem debeat esse distinctio. ea igitur de re romanus pontifex in numero cardinaliũ se cõnumerat sicut imperatorem legimus in senatorũ numero computari. Hi sunt preclara ecclesie luminaria et cãdelabra splẽdore lucis et decore excellentie radiẽtia: de quibus scriptũ est. qr luminaria cardinũ dederunt lucem. Hi sunt de quibus zacharias pphetа ait. qr tanq̃ filij splẽdoris assistũt dominatori universe terre. Hi sunt bases et colũne ecclesie sacrosancte. utpote qui suorum virtutib⁹ meritorum: vicarij

Pape et cardinalium cõmunio.

Iesu xpi latera tenet et illius amplissimi ostij sunt firmissimi cardines: quib' totus voluit orbis. Ibi sunt sacerdotes leuitici gnis qui excellentiore iure: q leuitico. i. diuina autoritate in executione pontificalis officij romani presulis: et apostolici throni coadiutores existunt. Ibi sunt qui vt nubes volat p altitudine stat': et eminentia dignitatis et quasi colube p puritate ad fenestras suas idest ad sensuum corpaliu coercione. Ibi sunt magni consiliarij summi pontificis quoz sapientia mundus regit qui ex obscuris aperta faciut: ex paruis magna: ex partibus tota: qui in priuato publicu agut negotiu et plus vacando vtilitatis afferunt q alij actiones exercedo: vel uti nauem gubernates. licet quieti sedeant in puppim: tamen multo maiora et meliora agunt ceteris nauigantibus: et cuncta corporis mebra mouentibus. Ibi ex toto orbe terrarum: pauci ex multis: singulares ex omnibus assumutur atq a vulgarib' officijs educti: ad ipsi' orbis regimen euehunt: et in marcido corpore exercent mentis vires eo sapientie et prudentie magis apti negotijs: quo in exercitijs corporis minus possint. Hos gentilitas presignabat: quos protoflamines appellabat. Nam istoruz typum gerentes magno honoris cumulo fungebant. Et nedu actu sed habitu et ornatu a ceteris reip. ducibus differebat: quippe quoru nomina aureis merito literis scripta erant: apud quos erat autoritas omniu gerendoru. Ibi sunt principes nominati in orbe: principes leuitaru offerentes sacrificia. Ibi sunt principes qui congregati sunt cum deo Abraam dei vicario: patre multaru gentiu. Ibi sub nostro christo optimo imperatore principes sunt constituti super omnem terraz. non vtiq in hac vel illa ciuitate siue puincia: sed super omnem terra. Que res agit vt no de episcopis pincipatus ipse intelligi debeat: q determinatas habent puincias. Si igit vni' vrbis rectores in summa gloria habent: quato erit gloriosius: toti' orbis pncipes fieri. Ibi ad statum pfectu assumti xpi vicario assistut: in quo assistetie gne apostoloz typum repsentat: atq assistedo sctitatem participat: qr scriptu est. Quos eligit appropinquabut

Protoflamines presigurabant cardinales.

ei ꝛ sanctificat in his qui sibi assistunt. Et veluti in celesti hierarchia cherubin atq; seraphin ceteraq; celestium spirituū agmina: singulari quadā assistentie prerogatiua ceteris angelis missis excellentiora sunt. Nec aliter in ecclesiastica hierarchia cardinales statū assistentium tenētes, ceteris episcopis ꝛ ecclesie prelatis: qui missorū statum gerūt: dignitate ꝛ gradu merito pcedunt. Congruum enī atq; dignū videtur vt veluti romana ecclesia prior digniorq; omniū existit: tanq; dominatrix magistra: sic ꝛ illius ministri singulari quadā honoris prerogatiua, ꝛ dignitatis excellentia ceteris prefulgeant. Hi certe a cardine nomen ducūt: qꝛ veluti in materiali ostio tēpli duplex est cardinum genus: superius videlicet ꝛ inferius: sic in viuis cardinibus duplex constitit magisterium: superius ꝛ inferius. spiritualiū videlicet ꝛ temporaliū sedula administratio. Utrūq; igitur in his cardinibus voluitur: qꝛ vtrūq; ecclesie expedire agnoscit. diuerso tamen calle. Alterū quidem vt instrumentū admittitur: alterum vt fructus querit. Deseruit ancilla domine, ꝛ illam sequitur ꝛ obsequit. Per eosdē certe ostij cardines: domina intrat ꝛ serua: sed finito ancille ministerio, aut forte vt altera Agar superbiente: eijcitur ancilla foras: ꝛ recūbit domina cum sponso: serua non expellitur dum ministrat: sed sustinetur: qꝛ seruit: ideo seruat qꝛ decorat statū domine: de qua scriptuz est. Cum ancillis gloriosior apparebo. Absit tamē vt filius ancille sit heres cū filio libere domine. Diuersus est vtrisq; finis modesta temporaliū occupatio: dum exteriora sine culpa sollicitat: durabiliora ornatioraq; spiritualia facit. Sacra enī cum auro splendēt. sordescunt sine gemmis. Nec tñ ea temporaliū cura excellentiā: aut status perfectionem in cardinalib' minuit. dum non sit affectanda pro libito sed vtilis: sed officiosa p ministerio. quinimo plerūq; pfectionē auget: dū per eadez tpalia pximorꝫ saluti puidetur. Paulus siquidē aliqñ ad tēpus contemplatione caruit. vt per extrinsecas actiones plurimorū prodesset vtilitatib'. Hi sunt alij seraphin qui ardētes interpretantur siue sustinētes: qꝛ eorum assiduo obtuitu

Hierarchia ecclesiastica similis celesti.

Cardinales cur a cardie nomen acceperint.

ꝛ familiari conseruatione frequentibus obsequijs spō si: ecclesie ardentissime intendunt. ꝛ super eoꝝ humeros non modo romane vrbis: sed orbis vniuersitas. ꝛ toti⁹ eius machine pondus insidet. de quibus scriptū est Qr dñi sunt cardines terre: ꝛ posuit sup eos orbē. Hi sunt vigiles hi custodes pro omniū salute. quia dormienti bus nobis: ipsi peruigilāt quasi ratione pro nobis red dituri. Dum em̄ dormitare eos putamus: vigilant ani mo: hostium insidias infidelium machinamēta: ꝛ perse quentium ecclesiam fraudes explorāt sagaciter. Hi an ticipant cōsilia malignantiū: deprehendūt laqueos: eli dunt tendiculas retiacula dissipāt: iniqua impioꝝ con silia frustrant. Hi tandē omnia tolerāt orantes pro po pulo ꝛ sancta ciuitate. Uerū quia ecclesia ciuitas est ꝑ pter collectionē: sponsa propter dilectionē: grex propter pascua Cardinales ecclie recte custodie ꝛ concordie in uigilant qr ciuitas est. inuigilāt pastui: quia grex est: in uigilant ornatui quia sponsa est. De quibus propheta ait. Super muros tuos cōstitui custodes. Et iterum car dines ostiorum domus domini interioris sancti sancto rum: ꝛ ostiorum domus tēpli ex auro erant purissimo. Et his igitur aptissime noscit huius spiritualis status eminentia: sublimitas ꝛ excellentia: illiusq̄ necessitas ꝛ summa vtilitas. Colligitur deniq̄ quanta sit huius sta tus felicitas ꝛ cōmoditas. Superest tandem: vt illi⁹ ca lamitates ꝛ miserias; infelicitates atq̄ pericula breuis sime audiamus.

Totius orbis ꝛ vrbis machina cardinalibus humeris insidet.

¶Caput. ix. De plurimis anxietatibus ꝛ aculeis laboribus ꝛ periculis status ꝛ degnitatis Cardinala tus: ꝛ de oneribus: que incumbūt huic dignitati.

Elix certe ꝛ totius prosperitatis honorati or atq̄ beatior esset cardinea dignitas: nisi plures longe miserie atq̄ calamitates illaꝫ prēmerent: q̄ felicitatis ꝛ dulcedinis cumu lus demulceret. Quo fit vt qui rectus: qui iustus qui equus huius rei censor extiterit: vtiq̄ reperiet statum illum multis calamitatibus ꝛ amaritudinibus respersum esse. vt de eisipsis in hoc status culmine sedēti

bus Augusti. dicere videatur: qȝ summis felicitatibus deus amaritudines imiscet. vt alia querat felicitas: cuius dulcedo nõ est fallax. Fallax certe isti'stat' sublimitas est. fallax gloria: si se falli permiserit: nisi illius dulcia vt amara consyderet. Illa enim si mente reuoluerit experietur vtiqȝ qȝ potius grauat ꝙ subleuet: plus premat ꝙ premiet. Cuius est propriũ teste Chrysosto. vt sic suis applaudat vt noceat. sic i via fortunatos demulceat vt in fine pernitiem operetur. ab initio siqdem propinat dulcia. vt cum inebriati fuerint letale virus commisceat. In primis itaqȝ fatemur hunc statum cardineũ sublimen fore atqȝ gloriosum: si bene in eo voluit orbis. Si ita ecclesie status voluitur: vt non potius inuoluat. Si in eo iustitie rectitudo immobiliter voluit ⁊ constanter vertitur. vt cum expedit volubiliter permaneat. Unde Hierony. qui eodem decore fulgebat: de se ⁊ illis dicere videtur. Grandis est inquit dignitas grande officium: si que illo digna sunt perficimus. Et rursus. Letamur de ascensu: sed nõ timemus lapsum. Et subdit. non enim tanti est gaudij excelsa tenuisse: quanti meroris dignitatis onera non impleuisse. Itaqȝ vt putamus ꝗ in hoc statu letabundi sedent: letari desinẽt: si illius sarcinas: si onera: si miserias recta mente pẽsauerint. idqȝ si quadã supina aut affectata ignorantia ignorare voluerint: in ea tempestate eos periclitari necesse est. vt enim inquit Augusti. Eger eo morti propinquior est: quo a proprij morbi cognitione est remotior. Agnoscãt ergo qui hoc culmen tenent dignitatis naturam: que plerumqȝ possessorũ animos per abrupta elationis rapit Et quia eo quisqȝ extollitur qui se supra alios videt in superbiã ⁊ abusionem erigitur. non curat prodesse: sed gloriatur preesse presumit se meliorem: quia se cernit superiorem: priores dedignatur amicos: notos ignorat: contẽnit antiquos: vultum auertit: ceruicem erigit: grandia loquitur: cum exigua operetur: sublimia meditatur subesse: non patitur qui preesse molitur. Utinam ex consyderatione veri dominij decresceret tumor sue dominationis vt dicere possit: nec ambulaui in magnis: nec in mira

bilibus super me. Rursus gloriari desinent si pondus seruitutis si molem sollicitudinum si turbam curarum et anxietatum ad mentem adduxerunt. De quibus ait Job. Ecce gygantes gemunt sub aquis. Ubi Gregori⁹. Quanto quis altior erigitur, tāto curis grauiorib⁹ onera(t). Et sequitur. Homo in sublime positus: tātos supra se sustinet: quātos dignitate precellit. Ideo gygantes in ecclesia potentes videlicet cardines recte gemunt sub aquis, idest sub populis. Et quia scriptum est. Aque multe populi multi. sub quibus contremiscūt quia illorum assidua cura grauantur et illorum peccatis damnantur. Deniq3 non glorientur cardines ipsi: quia sponso ecclesie assistunt: eiusq3 adiutores atq3 consultores instituti sunt: Si enim ad mentis aciem reduxerint quantis laboribus plena sit ac erumnis ea romani pontificis assistentia: ea consulendi et iuuandi necessitudo: quantisq3 periculis referta sit: illa desyderata ad papam proximitas: cythara gaudij vertetur in luctum Quanto enī lucifer fuit deo propinquior: tanto grauius peccauit atq3 ruit. Nimia plerumq3 propinquitas nocet: nec ignis ledit nisi approximantem. Cognoscant igitur quia assistētes sunt non insistentes: ne dixerim obsistentes: coadiutores nō impeditores: assistentes bono resistentes malo applaudentes bonis: impugnātes peruersos: vt sint de quibus scriptura ait. Qui assistit: assistat quasi gyon in die vindemie. Gyon conflictus vel lucta dicitur. In vindemia vero mali fructum rapiūt. Qui igit summo pontifici assistit: conflictum aggreditur: contra eos q̄ fidem et ecclesiam impugnāt. Assistere ergo quippe et resistere iuuareq3 omni tempore sint cardines parati. non modo in prosperis sed aduersis: ne de illis romanus pōtifex recte cōqueratur: q2 ei assistunt. nō autē in oportunitatib⁹ non in tribulatione: cū autē tribulatio proxima est: nō est qui adiuuet Demum propinqui sint, vt consultent non vt consumant. sicut scriptu3 est. Quos eligit appropinquabunt ei nec derelinquent eum. Utinam qui tā proximi sunt in dignitate ꝑpinqui sint in sanctitate: vt de eis roman⁹ ipse pōtifex recte dicere possit qđ in leuitico ad le

Nimia ꝑpinquitas nocet.

uitas dicebat summus sacerdos. Sctificabor:inquit: i bis q̃ appropinquant mihi. Sed prochdolor verenduꝫ est potius:ne nimia ppinquitate ipi dracones sint iuxta arcã dñi.ne de illis dicat ecclesie sponsus: aduersus me appropinquauerunt. Uideant rursus:quia difficillima res est tanto tribunali assistere:difficilius sic consulere:vt simul prosint ⁊ placeant:⁊ lõge oim difficillimũ vt in assistẽdo sit animus:in ꝯsulendo liber non odio affectui:nõ passioni obnoxius. Nã:iuxta quẽdam sapientem:apud magnũ tribunal difficile est sic consiliari: vt sit in verbo veritas:in consilio fides:in cõmisso silentiũ Ille siquidem:teste Ambrosio:recte cõsulit:qui vtiliter assistit.q̃ seipsum formã ⁊ exẽplũ exhibet in doctrina:in grauitate:vt sit eius sermo salubris:consiliũ vtile: vita honesta:sententia decora. Deniqꝫ quantũ cure: quantũ sollicitudinis:quantũqꝫ miserie:laboris atqꝫ periculi in ea assistentia vertitur:illud aperte indicat:qr quicquid egrum:quicquid marcidũ:q̃cquid turbulentum: aut inquietum in orbe erit:totũ eis curandũ tribuit. Quicq̃d deformationis:aut moꝝ corruptionis in mũdo erit:sũmo pontifici simul ⁊ cardinalibus imputat. Si pestis: si fames:si in deũ ⁊ proximos fideles peccauerint: si vitia excreuerint :eis iputabit.qui:vt scriptura ait:cõmedũt peccata populoꝝ. Nam:iuxta Ambro.cũ populus indisciplinatus reperitur: signum ẽ quia sacerdotium nõ est sanum.Unde Grego.in quadaꝫ homelia.vbi subiectus ex sua culpa moritur:ibi is qui preest mortis causa inuenitur.Et:vt paucis agamus:tot sunt Cardinalium miserie ⁊ calamitates:tot mentis ⁊ conscientie remorsiones quot sunt sunt p̃ceptorum ⁊ rerum eis incũbentium transgressiões. Que omia enumerare p q̃ difficile foret. Ceterum cõgruit gradui cõgruit ordini cardinalium:expedit honori:ꝯuenit oneri ⁊ periculo.vt cõsyderẽt se cardines fore:atqꝫ custodes ostioꝝ domus dei per que nemo facile intrat nisi per cardium ministeria. Ad eos igitur circũspicere ptinet q̃s ingreditur ⁊ egreditur. Conent itaqꝫ vt intrent habentes vestes nuptiales:⁊ qui digni reputentur:claudãtqꝫ indignis Clausa

De consiliariis cõditiones boni consiliarij.

Qualia vitia totius orbis ascribũtur pape ⁊ cardinalibus.

erat blerico: vbi positi erant principes: vt viderēt intrā tes ꝛ egredientes. Et in libris iudicum. Custodes vigi labant clausis diligentissime ostijs domus dei. Sed ca ueāt ne claudāt ostia his qui intrare deberent: percutiē tes eos qui foris sunt. quos scriptura cōmemorat: quia claudūt ostium cum intrinsecus fuerint. Rursus inuigi lent custodie cardines ipsi: duo enim Simones eis oc curent assidue inuicem contendentes q̄s non equa lan ce amplectanꝫ alterū sequanꝫ alterum persequanꝫ. Si monem magū corrūpere nitentem expellant: Simoneꝫ petrum ei maledicentem admittant. Simoneꝫ magū ꝛ filiam eius eijciant: quia ad eosdem cardines scriptura ait. Claudite ostia ne sinatis eam intrare. Et iterū in li bris regum. Eijce eaꝫ: ꝛ claude ostiū: Vterqꝫ Simon ne gotiaꝫ vt intrent: sed longe dispariter. Simon petrus iniqua domus dei commercia damnat: alter Simon ad mittit: ille terrena vendit: vt ecclesia assequatur: iste spi ritualia emit: vt temporalia adipiscatur. Ille dum gra tis accipit: gratis dat. Iste id pretio vendit: quod pretio emit. Simon magus ait. Accipe numos. vt habeam gratie dei largitionem. Simō Petr⁹ ait. Pecunia tua tecū sit in perditionem Ille nihil habens terreni multū diuini mūeris elargitur: cū ait Quicq̄d habeo tibi do. Iste plurima habens nihil dat virtutis: q̄a estimauit donū dei posse pecūia comparari. Intret deniqꝫ Simō petrus cūcta visitet ꝛ operetur: pellaꝫ Simon magus: qui vulnerat nec medetur. Ille claudos sanat egrotan tes; iste sanos efficit claudicantes. Ille curat alioꝝ ocu los iste implet suorum loculos. Ille intret qui ait. surge ꝛ ambula. Alter expellaꝫ dicens. qui venerit ad me: nō eijciam foras. Ille in nomine iesu nazareni suscitat mor tuos. Hic in nomine zabuli mortificat viuos. Demū ex pedit cardinalibus iactantiam ꝛ ornatū exteriorem fu gere. Nō sicut de illoꝝ numero in quib⁹ cernitur vestiū cultus plurimus: virtutū aūt nullus aut exigu⁹. Pom pa enim vestiū toleranda pro tempore: non affectanda pro libito permittenda pro status decentia: dimittenda pro scandalo. Auariciam: vt scorpionem cardines fugi

De vestiuꝫ pompa.

ant q: de illis scribitur. Percute cardinem et cõmoueã tur superliminaria: q: auaritia in capite & plateis eorũ propterea nouissima eorum consummã. Post aurum non eant: xpm non questũ sequantur. affluentiam rerum nõ querant nisi virtutum et donorum spiritualium. Uitent mensarum luxuriem congeriem vasorum: quia hoc non est ornare ecclesiam: sed spoliare: non est decorem maiestatemq3 custodire sed perdere. non est defendere sed ex ponere. Rursus exponant se murum pro domo domini. Exeant ex aduerso potentibus seculi: Regibus se exhibeant imperterritos vt Joannem iniustis. vt Moysen egyptijs: fornicãtibus vt phinees Idolatris vt Helias auaris vt Eliseũ. vt Petrum blasphemãtib9. vt Paulũ persequentib9: vulgũ non spernant sed instruant. diui tem non palpent sed terreant. pauperem non grauent s3 foueant. dignos promoueãt: indignos expellant. Et: vt inquit canon: querant eos in ecclesia columnas erigere quos plus cognoscunt prodesse. non quos vel ipsi amãt vel quorum sunt precibus & seruitio deliniti: vel pro qui bus vt prelati fiant: muneribus impetrarunt. Et cum apostolorum typus teneant: distribuatur dignitas pro meritis: non pro volitis. distribuant vnicuiq3 prout op9 est non sibi sed populo. Juuenes doceant non exaltent: minas principũ nõ paueãt: sed contẽnant. ecclesias non spolient: sed ornent. marsupia nõ exhauriant: sed corda reficiant et crimina corrigãt. studiosos diligãt: ignoran tes ignorent. quia scriptum est ignorans ignorabit. De dote vidue et patrimonio crucifixi pauperes pascãt: nõ in conspectu hominũ sed dei Nec reprehendimus quos dam qui pauculas escas egenis erogant: que de sua et suorum super est mẽsa: sed eos inculpamus qui pretiosora recondunt: more illorum de quibus Mattheus ait: quia decimant mentam & anetum ac ciminũ: & relinquũt que grauiora sunt: quoniam hec oportet facere: et illa non omittere Jubentur deniq3 cardines viriliter stare p afflictis: et iudicare equitatem pro mansuetis terre. Jubentur deniq3 vacare morum correctioni insistere cõcordie: inuigilare paci; infidelium expugnationi insistere

Officium cardinalium.

concordie inuigilare paci infidelium expugnationi et fi dei augmento intendere eamqꝫ vsqꝫ ad sanguinem tueri. in cuius typo rubri pilei insignijs decorantur. Sint de niqꝫ in loquendo modesti in aduersitate securi:in prospe ritate deuoti.in hospitio non dissoluti:in conuiuio non effusi. Demum sint pontifici fideles infidelibus compor tabiles.sint ad petēdū verecūdi:ad negandum iusta dif ficiles. Sunt grati postq̄ acceperunt. sint largissimi ex hibitores ꝛ parcissimi promissores. Et: vt finem verbis sed non mentis dolori imponamus:tales interius exte riusqꝫ cardines ecclesie existant:quales se velle esse pfes si sunt. Tales sibi appareant quales ab hominibus re putari cupiunt.hoc sit illis pudor alios esse:et alios ap parere. Fuere quidē multi:q̄bus expediens minime fuit apparere et conspici Sed prochdolor in omni statu ex perimur alios esse:alios apparere:vt illud Anticlaudia ni apud omnes verū sit:quia aliquando non sint homi nes quod videntur. Sepe vero pluris sunt q̄ appareāt: vt glorie eis sit ascendisse: Postremo id vellem cardina lium cordibus semper defixum sit:qꝛ si tandē diuersis il lecebris delitescunt:nec eis onera incumbentia pertime scunt.vereor ne illud Amos ꝑphete audiāt Stridebūt inq̄t cardines dom᷒ dei in illa die:Et iterū illud Esaie. Super muros tuos constitui custodes. Ipsi vero sicut locuste vineam depasti sunt.

¶ Caput.x.de sublimitate excellentia et dignita te status patriarcharum archiepiscoporum episcoporū prelatorum presbyterorum et ministrorum ecclesie :et de perfectione status eorum.

Ogit ordo pollicitus vt attingamus cete ros status hierarchicos vite spiritualis: vi delicet patriarcharum archiepiscoporum: episcoporum archidiaconorum curatorum. ꝛ aliorum clericorum sub ecclesiastico or dine degētiū. Cui᷒ status dignitas et excellētia nō satis a mortalib᷒ laudari extolli ꝛ cōmēdari pōt. Conficere mus q̄dem magna volumina:si ea omnia adducerem᷒. que illorum excellentiam.et sublimitatem demonstrant.

Paucula tamen sub quodam brevi epilogo perstringemus: quantum presertim ad propositi rationem pertinet: quoniam latius excellentiam huius status deducimus in libro defensorij status ecclesiastici: ubi predicta comprobamus: non solum ex fundamentis iuris naturalis: sed testimonijs et exēplis veteris legis. ac etiā ex ipsa gentilium obseruātia. necnō testimonijs noue et euāgelice legis: et demū autoritatibus et fundamentis iuris humani. Nam. vt cetera taceam. quis dubitat pontificem ac sacerdotalem dignitatē principium sumsisse ex ipso naturali iure: quo: vt inquit phūs in politicis: homines naturaliter inclinātur ad sacrificia: q̄ nō nisi per pontifices et sacerdotes: etiam ipsa antiquitas instituenda celebrandaq̄ duxit. Sed illa gentilitas naturali iuri innitens hanc pontificum et sacerdotum summam super omnes mortales dignitatem et excellentiam: nedum institutis: sed humili ac deuota obseruatione p̄fessa est Nam: vt Plutarcho placuit et Policratus refert: apud gentiles eos qui religiōis cultui preerant: quos pontifices appellabant: quasi typum anime. in corpore humano tenētes: super omnes mortales venerabant. eisq̄ subijciebantur. Sicut itaq̄ aīa totius corporis habet principatum cunctaq̄ membra vegetat: eiq̄ obsequuntur et illorū gerit principatū: ita pontifices quos ipse Plutarchus etiā p̄fectos diuino cultui vocat: toti corporis communitati presint oportet. Subdens quia et Augustus cesar sacrorum pontificibus eousq̄ subiectus fuit: donec et ipse ne cui mortalium subesset vestalis creatus est pontifex. Demum in ipsa veteri lege hic excellentissimus ordo inchoatus est et in noua plenius cōfirmatus: vt inquit Isidorus. Nam sancti doctores sacrificiū. et p consequens sacerdotium ab Abel et Chayn incepisse aiunt: qui primo sacrificarunt deo. Unde creditur Adaz in spiritu et iussu domini docuisse filios sacrificare deo: quare dicunt ordinem sacerdotij tunc primo incepisse. Sed putamus vtrumq̄ recte stare posse. q̄m ante legem sacerdotiū et sacrificium incepit ab Adam et filijs eius: videlicet implicite et sub quadā figura. Sub lege vero expli

Ordo sacerdotalis ex iure naturali principiū sumpsit.

cite et expresse iussu domini incepit ab Aaron. Alij a Melchisedech iuxta illud Tu es sacerdos ineternum secundum ordinẽ Melchisedech. Sed:vt diximus sub lege Aaron primus iubente domino victimas obtulit. Ut inquit Isidorus. Quocunq; modo sit ex ipsa tempo ris primitate ꝛ diuturnitate ac instituentis. excellentia. sancti ꝛ status sanctitas atq; sublimitas apertissime cõ paratur. Demum vero ipsa pontificalis et sacerdotalis excellentia et sanctimonia ex hoc agnoscitur. quoniam sublimiori nomine q̃ cogitari potest: sacra scriptura epi scopi sacerdotes et ecclesie ministri nominantur. Appel lantur enim dij. Unde in exodo scribitur. Dijs non de trahes: per deos episcopos ꝛ sacerdotes intelligens: vt ait quidam canon. Rursus ordo ac status ipse in eo emi nentissimus atq; sanctissimus est: quia typum tenet cele stis hierarchie. Naȝ ipsi ecclesie ministri ecclesiasticam conficiũt hierarchiam Ipsi quoq; in sortem dei electi sunt: et ipse sors illorum est Ipsi deniq; tante excellen tie ꝛ dignitatis existunt: vt merito a cunctis seculi prin cipibus et christiane fidei cultoribus patres appellen tur. Unde Grego. Quis dubitet ecclesiastici ordinis vi ros: venerãdos fore quos regũ et principum omniumq; fideliũ patres et magistros censeri compertum est: Et se quitur. Nõne miserabilis insanie esse videt: si filius pa trem: discipulus magistrũ nõ honorent. Et iniquis obli gationibus illum potestati sue subijcere. a quo credit nõ solum in terram: sed in celis ligari posse et solui Et ite rũ idem Grego. circa principium pastoralis inquit. Ho nor et sublimitas nullis poterit comparatiõibus ade quari. si regum fulgore compares. et principum diade mati longe inferius erit: q̃ si plumbi metallum et auri fulgorem compares Quippe cum videamus regum col la et principum submitti genibus sacerdotum. et oscu lata eorũ dextera orationib' eorꝫ credant se cõtineri. Et Ambro. in pastorali Magna ex excellẽtia ꝛ sublimitas episcoporꝫ. que sicut maxima ẽ: ita maximã debet habe re cautelam, q: honor grandis. grãdiori debet sollicitu dine circũuallari. Et rursus Ambro. Nihil in seculo ex

Sacerdotes dij appellantur

Sacerdotes patres et magistri omniũ principũ appellant̃

cellẽtius sacerdotib' nihil ep̄is sublimius reperiri pōt vt cū dignitatē eoꝝ oculis demonstramus: digne noscā mus: quod sumus: & quod sumus professione: actione etiam demonstremus: ne sit gradus excelsus & defor- mis excessus. Deniq̄ ioannes Chrysosto. huius status gradum & excellentiam signans ait. Sacerdotibus ec- clesie deus cunctos voluit eē subiectos: ad quos vniuer sa que in ecclesia occurrunt: voluerit ptinere. Et Augu stinus clericorū statū & ecclesiastici ordinis sublimitatē & sanctimoniā designans: ait ad Mauriciū. Sacerdo- tibus & leuitis ecclesie non ex terrena potestate dn̄s no ster sed excellenti potentia: propter eum cuius serui sūt. Ita eis dominatur: vt debitam eis cuncti reuerentiam impendant Et subdit: nā in diuinis eloquijs ecclesiasti ci ordinis: clerici & sacerdotes aliquando dij: aliqn̄ an- geli vocantur. Nam & ad Moysen de eo qui ad iura de ducendus erat dicitur. Applica eum ad deos: videlicet ad sacerdotes. Et rursus scriptū est. Dijs nō detrahas & seculi sacerdotibus Et iterum. ego dixi dij estis Et p pheta ait. Labia sacerdotū custodiunt scientiam: & legē de ore eius requirant: qr angelus domini exercituū est. Quid ergo mirū: si reges: si principes: si cuncti fideles eos honorent: quib' in suo eloq̄o honorez tribuens: aut angelos: aut christos: aut deos deus ipse appellat. Grā dis ergo est excellentia status & ordinis clericoꝝ & pon tificum. veluti qui eius locū tenent super terram: qui ce lum & terram condidit. & omnia que in eis sunt: quib' tantam tribuit potestatem: vt quos ipsi absoluunt vel ligāt super terram ipse ligatos solutosq̄ hꝫ in celis: di cente eis saluatore quoꝝ pctā remiseritis: remittunē eis Sed q̄d de huius ecclesiastici stat': dignitate & excellen tia dicere fas est. Potius certe tempus: quam dicendi materia deesset.

Sacerdotes aliqn̄ dij aliqn̄ angeli vocantur.

¶ Caput. xj. Differentia & cōparatione ecclesia- sticorum videlicet Episcoporum: & aliorum inferiorum prelatorum & clericorum inter se adinuicem: & quis gra dus altero sit dignior & perfectior.

Xigit ergo idem ordo pollicitus vt ecclesia sticorum siue clericorum ordinem inter sein uicem discernamus: z comparemus quod breuissime tanq̄ manifesta absoluem⁹. Ali qui enim in minoribus ordinibus sunt con stituti aliqui subdiacōi: alij diaconi: alij presbyteri: alij episcopi archiepiscopi z patriarche: inter quos longa valde differentia est. Nam etiam ex christi institutione maiorum z minorum sacerdotum discretio facta est. qm̄ apostolos: tamquam maiores: z septuaginta duos di scipulos quasi minores sacerdotes instituit: vt patz Lu ce. x. vbi glossa ꝙ sicut in apostolis forma episcoporuz sic septuaginta duobus forma presbyterorum: quasi se cundi ordinis est prescripta. Postea aūt apostoli hanc formaz secuti sunt: z in singulis ciuitatibus episcopos in parochijs presbyteros ordinarūt. Procedente vero tempore: z crescente messe domini: apostoli ordinarunt diacones quorum maximus fuit Stephanus subdiaco nos vero z alios minores ordies ecclesia per temporis discursum sibi constituit: q̄uis non nulli dicant subdia conatum ab apostolis fuisse institutum sed ꝑ eos inter sacros non numeratum: postea tamē ab ecclesia aggre gatū Ueruntamē Dionysius qui pauli discipulus fuit in ecclesiastica hierarchia: tres tantū ordines describit Episcoporum ordinem dixit maximū: z perfectiuū: pre sbyterorum vero illuminatiuum; diaconorum purgati uum Nec solū distinguitur quo ad sublimitatem: z pro excellentia z prerogatiua dignitatis: sed prout indu cit quandaz seruitutem propter deum oppositam sta tui libertatis. Nam secundum sententiam doctorum circa istos gradus tria possent considerari: sicut tribus modis perfectio status aut vite sanctitas acquiratur. Primo perfectio status sumitur communiter z large per actus dilectionem Secūdo magis proprie per offi cij administrationem Tertio proprijssime per voti per petuā obligationē Primo igit modo. Omnes in chari tate existētes sunt in perfectionis statu: qz: vt apostolus ait sola charitas vinculum ē perfectionis. Et hoc modo

Triplicit ē aliquis in statu ꝑ fectionis.

perfectio opponitur ruine peccati et culpe: secundum quem modum dicit apostolus. Qui existimat se stare: videat ne cadat. Secundo vero modo. Omnes qui assumuntur ad officia ecclesiastica possent dici esse in statu perfectionis respectu laycorum. Sunt enim ipsi quasi medij inter deum et populum. Unde quanto propinquiores deo ratione officij quod mini nistrant tanto perfectiores. Unde in canone scribitur. Non solum episcopi sed presbyteri et diaconi debent ma gnopere prouidere. vt cunctum populum cui president: obseruatione: vita et doctrina excedant: id etiam agere debent inferiores gradus: puta exorciste: lectores et alij. Sed ter tio modo solum episcopi: archiepiscopi ac patriarche: ac etiam religiosi illi videlicet qui per votum in perpetuam seruitutem sese tradunt ad seruiendum christo et homini bus propter ipsum in his que sunt circa opera perfectio nis: tales sunt proprijssime in perfectionis statu. Et hoc modo in hac parte accipitur status: vt videlicet sonet in quandam seruitutem oppositam statui libertatis: quia per talem statum fit mutatio status libertatis in perpe tuam christi seruitutem vt supra diximus. Et hic pro prijssime est status perfectionis vite apostolice in hac par te: secundum quem modum accipitur status. ij. q. vj. si quando in causa capituli vel status interpellatum fuerit. Non inquit per procuratores: sed per seipsos est agendum. Ce teri ergo ministri ecclesie indubie sunt in statu perfectio nis: propter officij administrationem: talis tamen perfe ctio status magis accipitur comparatiue quam proprie. Nam canones inferiorum clericorum statum magis appellant gradum quam statum. Unde dicitur in quodam canone. Pro gradu officij vnusquisque studere oportet ad melio ra. Et hoc dictum sit quantum ad episcopos et ministros ecclesie inter seipsos comparatos.

¶ Caput duodecimum de plurimis difficultatibus et acu leis: laboribus et periculis status archiepiscoporum: epi scoporum et ceterorum clericorum: et de malis ministris ecclesie: ac de multis abusibus vitijs et inordinationi bus illorum in genere et in communi.

Ista excellētia dignitatis et sublimitate status ecclesiastici in genere ac differentia et cōpatione inter se: superest agere in communi de eius periculo aculeis et difficultate. Et adducentur in mediū autoritates et ratiōes quibus non inepte pbari vident huius status difficultates pericula et incommoda. Indignū eni videtur. vt si quos episcopos aut clericos huius status sublimia et dulcia delectāt. amara et aspera moderent. nec in eo statu securos se reputantes plurimū extollantur: qui tam proximi ruine insistunt. In primis itaq nemo sibi blandiatur ex sanctimonia huius eminentis stat⁹ ecclesiastici. nemo certe de eius excellētia extollatur. Nemo de illius dignitate cōfidat. Cogitet eni q: vt inquit canō: non loca: non dignitates: non cathedra statum faciūt: sed vita et mores. Unde ex officio et dignitate non licentiam peccandi sed necessitatē bñ viuendi: ecclesiastici viri se nouerint assecutos: nec ex eminentia status: audaciam delinquendi sibi sumant: pro eo maxime q: vt in precedentibus diximus: nullus sanctū dubitare debet: quem apex tante dignitatis attollit. In quo si desunt bona acquisita per meritum: sufficiunt que a loco et cathedra testantur. Et iterū Cathedra aut claros ad hec fastigia erigit: aut qui eriguntur illustrat. At que dicimus plurimuz falli eos: qui de loci dignitate letantur. Nam Simmachus papa seipsum declarans: predicta de illis intelligit qui p bonos actus: sanctos pdecessores imitantur. Unde subdit q ea que de cathedre sanctitate dixerat: ad illos pertinent quos conuersationis splendor illuminat. Sed pro tanto sanctos vocat: quia propter loci et cathedre sanctitatē boni et sancti presumuntur. Unde Hierony. Non sanctorum filij sunt q̄ tenent loca sanctorū: sed qui exercent opera sanctorum. Itaq nō reddat ecclesiasticos viros securos dignitatis fastigiū: status periculū. Unde Grego. Nos qui presumus nō cathedre: nō dignitatis: nō ordinis vel gentis prerogatiua. sed morib⁹ cōfidere debemus: q: vt inquit canon: non dignitates aut ordines creatori pximos fa

De status dignitate nemo tumescat sed contremiscat.

ciunt: sed nos aut ppria merita coniungunt aut mala disiungūt. Non ergo letētur episcopi ex sanctitate cathedre: non sacerdotes confidāt ex sacerdotij dignitate sed potius contremiscant ex iminēti calamitate et periculi pnitate. Quid eñi dignitas affert si vita obest: Nā teste Gregorio quid paradiso altius tutius atq iucundius: quid celo securius: et tñ homo de paradiso peccando: angeli de celo ceciderūt. vt posteris cederet i exēplū: qr nō loci nec dignitatis amplitudo securitatē tribuat: sz vite innocentia: qr vt idem Grego. subijcit: iustū quippe est. vt nobilitate loci ac dignitate officij non iuuet: qui dignitatē dei a se abijcit. Unde Chrysost. ad episcopos de dignitate: et excellentia se efferētes: nec illi⁹ eminētia pericula preuidentes pulcre ait. Uidete inq fratres q non sedeatis supra cathedrā: qr nō cathedra facit sacerdotem sed sacerdos facit cathedrā: non locus sanctificat hominē: sed homo locū: nec oñis sacerdos sanctus est sed omnis sanctus sacerdos. Et sequitur. Qui bñ sederit super cathedrā: honorē accepit cathedre. Et iterū. Malus sacerdos ex sacerdotio suo crimen acquirit nō dignitatē. Scdo ecclesiastici status incōmoda et onera: difficultates et aculeos erūnas atq pericula ex ipso nomine satis cōprehēdere possumus. Si enim episcopi: sacerdotis aut clerici nomen solum perterret: quanto amplius ipsius rei defectus q nomē importat. Episcopus eñi superintendēs aut speculator dicit. Sacerdos vero dictus q sacra det aut doceat. Clericus vo appellatus q in dei sortē electus sit. Qui ergo nō superintēdit: qui non speculatur: qui a longe non pspicit incōmoda subditorum nōne episcopi falsum nomen vsurpat: Sed et q sacra nec dat nec docet: nonne falsum sacerdotis titulū sumit: clericus vero quomodo sors dei dictus est: quem mundus quē seculum: quē deniq ipse infernus de illo verius sortiuntur: Hos itaq pulcre Bernar. describit. Mirū est q clerici aliud videri cupiunt q sint videlicet habitu milites: questu clerici. actu neutrū exhibent. nō enim pugnāt vt milites: nec euangelizant vt clerici: nec laborāt vt ministri. Cuius igitur ordinis sint. cū vtrūq

Epi: sacerdotis et clerici nomē terribile.

Sacerdotis et clerici nomen falso sepe vsurpatur

Clerici habitu milites questu clerici actu neutr esse volūt.

esse cupiũt: ꝛ vtrũq deserũt ꝛ ꝯfundũt. Et sequit. Unusquisq inquit apostolus in ordine suo resurget: sed illi in quo. Sed certe qui nullũ tenent ordinẽ: sine ordine peribunt. Et cum sapiẽs deus veraciter credit a summo vsq deorsum nihil inordinate reliquerit. vereor certe nõ alibi esse ordinandos q̃ ibi: vbi nullus ordo: sed sempiternus horror inhabitat. Ad hos ꝑterea sic nomiatos pastores ꝛ pastoralẽ curã deserẽtes: ꝑ prophetã de' acerbissime cõminatur. Ait enĩ. Si non fueris locutus vt se custodiat impius a via sua ꝛ ille i iniq̃tate sua morief sanguinem eius de manu tua exquirã. Quo ergo maius periculũ cogitari potes q̃ alioꝝ iniquitate dãnari? In ceteris siquidẽ statibus seu viuendi modis culpa tenet auctores suos quilibet ꝓprio suo peccato punit: quia scriptũ est. Aia que peccauerit ipsa morietur. In hoc tamẽ periculoso viuendi genere nedũ suo sed alieꝝ scelere pastor plectitur. Damnant enĩ pastores populoꝝ iniquitate. Quis ergo sane mentis ad illud vite genus aspirat. vt animã suã teneri obligariq baratro eligat si alij peccauerint? In exordio humani generis Cain ipse licet reprobus: tante tamen intelligentie fuit vt vite aliene curam abijceret inquiens. Nunq̃d ego custos fratris mei sum. Repellebat ille a se caute fratris curam: ne incautius ꝓ fratre teneref. Ille etiam vterini fratris curã recusabat: nunc prochdolor ad extraneorũ curã cũ aperto periculo ꝓperamus. Quis: oro: tã sibi impius: quis tam sui oblit' existit: q̃s spõsorẽ seu aliene vite se ꝯstitui fideiussorẽ optat: q̃ vitã ꝓpriã vix tueri pñt: Aut q̃d tam insanũ: q̃d tã incõsyderatũ: q̃ alienaꝝ culpaꝝ districtã rationẽ sese redditurũ ꝓmittere: q̃ sua aut nõ videt aut nõ intelligit? Quid tã demẽtie primũ q̃ alienoꝝ facinorum fieri diligẽs idagator: q̃ suoꝝ ẽ negligentissim' inq̃sitor. aut q̃s aliena pctã portare se pollicet: q̃ suis premitur? Quis purgãdi alios onus suscipit: q̃ purgatore indiget? Aut illuminãdi plurimos officiũ accipit: qui cecus est: ꝛ qui se nõ videt: quomõ alios consyderat? Periculosa certe atq grauis sarcina est cura pastoris. Nam cuiuslibet ouis deperditio illius periculũ est: ad quẽ propheta ait. Et erit aia tua ꝓ aia illi'. Demũ illi' stat' pe

Epo s et cler icos contēdere indecens.

riculū in eo cōspicit: qm̄ teste Gregorio prelati tot mortibus digni sunt quot ad suos subditos perditiōis exempla transmittūt. Inter cetera vo detestanda exēpla vnū illud est. Qm̄ et si scriptū sit: seruos dei nō oportz litigare. Episcopi tñ et clerici qui spirituales sunt: et lites ac contentiones vitare specialius iubent: prochpudor tā acerbe: tam impie: tam crebro litigant: vt oēs vincāt in contendendo laycos: et sub colore iustitie obrepit impietas. Jam nō modo pro episcopatu litigat sed bellat: non modo pro sacerdotio contendit: sed pugnat. Et plerūq3 nō sine orbis et vrbis periculo bellatur in ecclesia: que pacez filijs vt pia mater pmittit. Aiunt em̄ gloriā nostrā non damus alteri: qui dū vana retinent: verā et eternā amittunt: ad gloriam currunt: sed gloria eorum in confusione erit. Christus iubet tunicā proximo dimitti: quippe et in faciē percuti ne litigent: isti eligūt percutere q̄3 parcere: malunt periclitari ecclesias q̄3 non honorari. Tertio ille hominū status nedum difficilis et laboriosus: sed et periculosus videt: ex quo plures seductores et scismatū seminatores in ecclesia oriunt: quos certe ex sacerdotuz et episcoporū statu prodisse cōperimus. Unde Hierony. Ueteres perscrutans historias repetere nō valeo: alios ecclesiā dei scidisse: populos seduxisse: preter eos q̄ sacerdotes appellati sunt. Accedit qm̄ ille videt periculosior difficilior atq3 incommodior viuēdi modus: de quo plures cadūt et plures periclitant. Cōstat aūt plures cadere in via salutis et longe plures ex statu ecclesiastico periclitari ppter plurima: et presertim ppter tēporaliū affluentiam: sicut certe plures deuiāt in psperis q̄3 in aduersis: de quibus putandū est prophetā dixisse. Cadent a latere tuo mille et decē millia a dextris tuis. Dexterā quidē honoratiorē partē episcopi et prelati in ecclesia tenent: ceteri sinistrā Si igitur de ceteris statibus ad sinistram cadent mill e: pfecto de istis cadent decez millia. Quarto eligere curam animarū: nihil aliud est q̄3 exponere se ad manifesta et indubitata pericula: q2 vt inquit Gregorius talia appetere est mētis tempestas: nā nihil aliud est potestas culminis q̄3 tempestas mentis. Quis

Quis enim tam audax:aut verius:quis tā temerarius ē qui in alto ꝛ tēpestuoso mari nauigare optat? Quis illius nauis cupit fieri gubernatoꝛ quā periturā de proximo conspicit? Teste Gregorio:quieto mari imperitus nauta nauem dirigere potest:turbato autem tempestatis fluctibus etiam peritus nauta se confundit atqꝫ perturbat profecto nil aliud est curam animarum suscipere sacerdotium aut pontificatum sumere q̄ scienter se naufragijs mergere solent homines de tempestate in portū fugere:qui vero animaruꝫ pastores fieri desyderant:de portu in tempestatem libenter fugiūt:de quibꝰ propheta dicere videtur. Qui descendūt mare in nauibus faciētes operationes in aq̄s multis ꝛ descendūt vsqꝫ ad abyssum. quorum anima in eis tabescit propter negotiorū multiplicium procellaꝫ:quare turbati sunt ꝛ moti sicut ebrius ꝛ tandem omnis sapientia eoꝝ deuorata ē. Mirum certe videtur:vt nō satis difficile aut graue videatur vni episcopo vnius anime curam sumere nisi omniū curas in se suscipiat. Unde quidam sapiens de tam graui sarcina dicebat: Fortes humeri qui talia sustinent: aut fortis ambitio ad id animos cogens:vbi futurum periculum sciunt. Quod si pontifex in altum se locatū gaudeat:consyderet q̄a tanto erit ei casus grauior:vix eniꝫ ex alto sine labore aut periculo descendit. Sed:vt paucis concludam:cura animarum si recte geritur: summꝰ est honor:sed summus labor:summuꝫ onus:summa seruitus. Si vero male agitur:summū anime periculū summum malum:quia anceps ex omni parte negotiū est.

Cura pastoris ex omni parte anceps est.

Quinto non est propositio alienū consyderare:quoniā: vt ait Chrysostomꝰ in canone: homo christianus fortiter cadit in peccatuꝫ:propter duas causas:aut propter magnitudinem peccati:aut propter altitudinem dignitatis. He igitur due periclitandi cause ecclesiasticos viros fortiter ruere cogūt. Primo magnitudo peccati. scienter enim ꝛ ex contemptu peccant. Nam qui scit voluntatem domini ꝛ non facit. iuxta verba saluatoris vapulabit plagis multis. Secūdo altitudo dignitatis q꞉ quantū dignitas altior. tanto casus grauior Et. tem

ſte Gregorio: quanto quis in ſede ſuperiori locatus eſt: tanto in maiori periculo verſat. Et Auguſtinus. Sublimitas honorū magnitudo ſcelerū eſt. Et Hieronymus. In maiori gradu maior eſt ſine dubio pena. Et iterum Chryſoſto. in canone. Honoris magnitudo his qui indigne viuūt honore: maximus cumulus incipit eſſe penarum. Et iterū Augu. Clerici officiū ꝓfunctorie gerit: nil apud deū miſerius: triſtius et dānabilius. Sexto ex epiſcoporū et clericoꝝ adminiſtratione pericula: difficultates et incōmoda apertiſſime demonſtrant. Non enim epiſcopi et clerici domini ſunt bonoꝝ eccleſie: ſed vt Hieronymus ait: procuratores ſed diſpenſatores rerū alienarum: et velut ſacrilegos plectēdos eſſe: ſi quod pauperibus eſt erogandū ſibi retinent pluſq̃ eius ſtatus ſufficit. Quomodo ergo ſecuri ſunt clerici: qui non ſoluȝ ex mala aut deſidioſa adminiſtratione: ſed ex cupida retētione damnant. Unde pulcre de ſe et ceteris preſbyteris dicebat Hierony. Quomodo poſſumus aliena fideliter diſtribuere: qui noſtra timide reſeruamus: Hinc Auguſtinus ad epiſcopos et preſbyteros ait. Eſurientiū panis eſt quem tu detines: nudorum veſtimentū quod tu recludis: miſerorū redemptio eſt pecunia quā tu refodis: infirmorum ſolatia ſunt delitie quibus tu laſciuis: tantorum ergo ſcias bona te inuadere: quantis poſſis preſtare quod velis. Sed et Bernardus in epiſtola ad falconē ait. Ne tibi o pontifex o ſacerdos blandiaris: quo tuis contentus alia nō arripias. Rapis etiā cum luxuriaris: vt de altarib⁹ ſupbias: de quibus q̇d preter neceſſariū ac ſimplicē victum retines: tuū non eſt: rapina eſt et ſacrilegiū. Habentes: inquit apoſtolus: victum et veſtitū: non victum et ornatū: non delitijs: non veſtibus quibus laſciuiamus. Et iterū idem Bernardus ad ſenonenſem archiepiſcopū. Clamant nudi: clamant famelici: cōqueruntur pauperes: dicūt: dicite pōtifices: in ſancto quid facit aurum: nobis fame: frigore miſerabiliter laborantibus: Quid ꝯferūt tot mutatoria vel extenſa in perticis vel plicata in manicis: noſtrū eſt quod effunditis: nobis crudeliter ſubtrahitur q̇d inaniter expēditis. Hinc

Epi et clerici ſolum ſunt diſpēſatores.

Hieronymus ad põtifices et clericos cõminans ait. Ecclesie principes qui delitijs affluunt: ppheticus sermo describit: ꝙ eijciẽdi sunt de spatiosis domibus lautisqꝫ conuiuijs. Et sequit. Si vis scire quomodo eijciẽdi sunt in tenebras videlicet exteriores: vbi erit fletus et stridor dentium. Item idem Bernardus ad clericos ait. Multiplica prebendas: habe archidiaconatũ: aspira ad episcopatum: gradatim ascende: et in puncto ad inferos sine omni gradu descendes. Septimo pericula incõmoda: aculei et difficultates huius stat⁹ ecclesiastici: ex eo euidentius apparent: qm̃ si prophetarũ: si patriarcharum: si totius sacre scripture repetunt annalia: nullũ reperiemus genus hominũ. quos deus vehementius arguat et seuerius cõminet: et crudelius puniat ꝙ̃ pontifices: pastores et sacerdotes. Discurre per pphetas et scripturam lege: quid audis nisi pastores populi mei ꝑuaricati sunt in me. ppterea adhuc in iudicio cõtendã vobiscũ. Et iterũ. Stulte egerũt pastores. Et sequit. Propterea euellã eos de terra. Rursus ad eos. O ẽs pastores meos pascit vẽtus. Et alibi. Ue pastoribus ꝙ dispergunt gregem meũ. Et iterũ. Ue pastorib⁹ israel qui pascunt seipos. Et sequitur. Collidã in te pastorẽ et gregẽ. Deniqꝫ ad Johelẽ prophetã trãsi. quid nisi cõminationis penas: quid nisi clamores plangentiũ sacerdotuꝫ et pontificum audis? Ait eñ. Plangite sacerdotes: vlulate ministri altaris. Ausculta Ezechielez. Ue pastoribus israel qui pascunt seipsos. Et iterum. Super pastores iratus est furor meus. Malachias quoqꝫ non tacet eorum exterminiũ. Ad vos: inq̇t: sacerdotes ꝙ despicitis nomen meũ ad vos est mandatũ. O sacerdotes: ecce ego proijciam vobis brachium ire mee: et dispergam super vultuꝫ vestrum stercus. Et iterum. Dedi vos contentibiles omnibus populis. Sed et Amos propheta. quã dure prelatos et pastores ecclesie comminetur audiamus. ait enim. Ue vobis qui opulenti estis in syon: et confiditis in monte samarie optimates capita populorum ingrediẽtes pompatice domum dei: qui dormitis in lectis eburneis; et lasciuitis in stratris vestris.

Deinde contra huius stat⁹ ꝛ vite hominis scriptum est Quicūqꝫ desyderauerit primatum in terra: inueniet cōfusionem in celis. Et iterum Inter seruos dei non cōputabit: qui de primatu tractauerit Sed ꝛ xp̄s in euangelio has illis penas ꝛ comminationes confirmat. ait eni Ue vobis qui diligitis primas cathedras: Sed q̄d hec cōmemoram⁹? Plena est sacra scriptura huiusmodi increpationibus ꝛ comminationib⁹. Quis ergo dubitat periculosum: difficilem: ꝛ cunctis aculeis: miserijs refertum esse illum hominū statum: cui tot maledictionum ꝛ anathematum. tot cōminationum genera: tot penarum ꝛ suppliciorum mala prophete: patriarche: sancti: ipse quoqꝫ de⁹ in scripturis sanctis imprecātur Unde Chrysostomus super illud. Obedite prepositis vestris. O pōtifex: o prelate conspice quanto igni suppōis caput tuū Et subijcit. Miror si quem contingat saluari de his q̄ pricipant: ꝛ p̄sunt i tantis minis tāta pigritia: in tātis increpationib⁹. ꝛ in tanta desidia. Uideo tamen currentes ꝛ sponte se submittentes in periculacontra quos durissimum iudiciuꝫ his qui presunt: scilicet male. De bonis vero scribitur prouerbioꝝ.xij. nouit iustus animas

Simonia ꝛ heresis. iumentorum suoruꝫ. Sed quid de periculo ꝛ incommoditate: ꝛ aculeis ecclesiastici status dicam? Cum episcopis ꝛ clericis ipsa symonia: que heresis appellat: tam familiaris ꝛ chara sit: vt vix sine illa i domo domini incedant. Quibus etiam inuidia domestica: auaricia annexa libido: ira ꝛ superbia: in rerum abundantia videtur.

Epilogus vitioꝝ sacerdotum. Sunt in hoc statu patriarche pomposi: episcopi negligentes: decanus timidus: archidiaconus elatus: canonici extra chorum vagantes: vicarius in litibus tabellio falsus: presbyter imprudens: curat⁹ ignar⁹: cōfessor leuis: diaconus euangelia nesciens. Subdiaconus epistolā ignorat. cantor latrat: thesaurari⁹ fabricā defraudat sacerdos sacramenta vendit: capellanus venalis. vt statim latius tangemus in capitibus sequentib⁹. vbi singulariter de quolibet gradu ꝛ officio ecclesiastici status succinte agemus.

¶ Caput.xiij. De dignitate ꝛ p̄rogatiua officij

decanatus in ecclesia et de illius honore et veneratione et de his que ei competunt demum de plurimis oneribus et afflictionibus ac defectibus et periculis Decanorum.

Audita sunt preconia laudes necnon excellentia preeminentia sanctimonia status ecclesiastici in genere et communi: Audita denique sunt eius vite formule incommoda: calamitates et miserie afflictiones et pericula. Quo fit ut facile eiusdem status dulcia et amara cuilibet recte intuenti patere possunt. Uerum quamquam ea que in ea re brevi diserta sunt ad omnes ecclesie status secundum ordinum et officiorum differentias applicari possunt: qui omnes clericorum nomen et ministrorum officium in ecclesia sortiti sunt: quia tamen particularius episcopos et prelacos respicere videtur: superest ut ad ceteros inferiores ecclesie status gradus et ordines: brevis et singularis sermo decurrat. Consuetum igitur ordinem sequentes unumquemque inferiorum clericorum gradum sive statum tangemus: et quid laudis: quid excellentie: quid utilitatis: demum quid calamitatis afflictionis et periculi habeat: sed et quot defectus in eos damnabiliter comitantur: succincte afferemus. Primo igitur post Episcopum decanus sive prepositus existit: nec id ratione caret quia: ut inquit Canon Calixti pape et martyris decanorum dignitas recte maior post pontificalem appellatur. Nam decano post pontificem maior ac principalior cura: et collegii administratio congruit. Rursus proximior est episcopo dignitate et honore. cui propinquior est in consilio et assistentia. Ipse collegium nec non personas ac res collegii iudicat et tuetur. Hinc in exodo: inter iudicantes universitatem decanus constitui iubetur. quare sacri canones venerandam eam dignitatem decreuerunt. Est enim decanus collegii caput. de quo scriptum est. constituit eum dominus in caput non in caudam. quod ceteris corporis membris autoritate et iudicio precellit Idque primitas loci in ecclesia indicat. Habet denique decanus in capitulo et collegio primam vocem. primas salutationes primos recubitus. Sed iam audi huius di

gnitatis onera huius status calamitates miserias defe ctus et pericula. In primis igitur fateor. grandis est hu ius status prerogatiua. Sed vtinam tam bene huius di gnitatis onera agnoscerentur quam ipsa appetit. Di cam verius tam vtiliter ei incũbentia implerentur. q̃ ab omnibus sciuntur: Gaudent certe decani et prepositi de honoris excellentia: sed vtinam dignitatem virtus se queretur: Uirtus enim: vt quidam ait sapiens non solet esse iactatrix aut sui miratrix. sed alieni imitatrix non de extrinseco honore: sed de conscientie onere cogitat: si illud delectat: istud cruciat. Uirtus non de se confidit: non arrogat scit hoc esse tempus militie et laboris: non delectationis: nõ pompe non fastus. Fateor denique deca nus collegij & capituli caput existit. Sed vide ne digni tas ipsa qua tantopere delectaris: conteret caput tuũ. Sic age ne de te ecclesia dicat quod scriptum est: caput meum doleo. Uideat decanus qui se collegij caput ia ctat: ne ceteri de improuido capite capita sua moueant. Cernat si eius facta ingerunt: commotionem capitis in populis: quia omne caput languidum a pede vsque verti cem non est in eo sanitas. Caueat decan⁹ ne sit illud ca put de quo scriptum est. Facti sunt hostes eius in caput eius. Aduertat decan⁹ ne caput serpentis sit cetera mẽ bra nedum vegetans: sed inficiens. quia deus confrin get capita draconum in aquis. Uerendum est plurimũ ne sint illa capita de quibus scriptum est. In vniuersis capitibus eius caluicium. idest deformitatis vitium. De canus siquidem si recte agat: episcopo odiosus sit necef se est. adeo vt illius sit hostis: si collegij amicus esse cu pit. Si vero a presule amatur: a capitulo odietur. Pro eo enim caput capituli est constitutus vt nonnunq̃ cupi ditatibus aut episcopi insolentijs resistat qui priuile gia qui libertates qui bona qui redditus ecclesie ple runque vsurpat. Ideo certe decanus caput est. vt collapsa collegii erigat: sparsa colligat recuperet perdita defor mia reformet. Caput tunc esse desinit: cum singulorum de collegio crimina palpat: ne eorum fauores perdat: at q̃ vt eum eligant: honorent et venerentur. Sed fateor la

Decan⁹ si recte agat epõ odiosus sit necesse est si collegij amicus esse cupit & ecõ trario.

bijs bonorabunt non animo:cor autez longe est ab eis. Collegium rursum regendum decanus suscipit. imo verius feram indomitam gubernandam Parua enim domus egre et difficulter regitur. Magna collegia presertim sine sapientia aut virtute tanto reguntur difficili⁹: quanto quot sunt singuli:tot singularib⁹ feruntur opinionibus. Si igitur decanus letatur de bonoris dignitate:metuat onera:metuat picula:q̄ tot sunt vt enarrari facile nō pōt. Quis em̄ est decan⁹ q̄ epō nō sit grauis et cōtumax?:quin potius p̄ eum conspiret qui in eius contemptum non abstinet:a diuinis qui sigillat literas si ne capituli assensu qui sibi communia ecclesie appropriat. qui non residentes agit vt percipiant fructus licet non facientes seruitium:qui grauant subditos q̄ eos non defendūt:qui eos tolerāt p pecunia in pctis:qui inhoneste incedūt inhostius viuūt. Paucula huius dignitatis onera pericula et afflictiones atq̧ defectus enarrauimus:qr in sequētib⁹ ecclesie officijs et gradibus plurima adducemus:que merito eidem dignitati aptari possunt. Qui igitur aures habet audiendi audiat. et inter tot periculorum anfractus sit cautus facile em̄ vitabit cruciatum si velit vitare reatum.

¶ Caput. xiiij. de dignitate et prerogatiua officij archidiaconorum:ac de bonore et veneratiōe ei debitis. et de bis que ad eum spectant. Demum de plurimis onerib⁹ et afflictiōibus defectib⁹ et piculis archidiaconoꝝ.

Rchidiaconi dignitas nō paruam in ecclesia militāti prerogatiuam nec infimum bonoris gradum babere dinoscitur. Ipse em̄ precipuus oculus episcopi dicitur p eo q̄ cūcta ad episcopū expectantia:videre ac sollerter prouidere tenetur:veluti qui a canonibus vicari⁹ est illius constitutus. Ad archidiaconum siquidem pre ceteris ecclesie gradibus pro singulari quadam excellētia examinare ptinet ordinādos:idoneosq̧ admittere inhabiles xo repellere. Qui vt canones aiūt prelat⁹ merito existit. qr post epm preeminētiā iurisdictionem et auctoritatem optinet presertim cobertiuam. et contentio

sam. Rursus illi corrigendi atque visitandi non tam clerum quam populum fas est Ipse: denique presidere debet cum archipresbyter eligitur. Ipsumque instituit et pro meritis destituit: si contraria non extet consuetudo Ipse tandem tante dignitatis est: vt coadiutor episcopi ecclesie principis recte dicatur. Sed et ad eum pertinet: vacantes custodire ecclesias. Ex quibus prefate dignitatis eximius honor simul et vtilitas facile conprehenditur. Uerum audi amara huius status: tu qui dulcia degustasti. atque in primis ea repete que supra proxime attulimus: signanter in precedentibus capitibus vbi de episcopis et clericis in genere egimus. Sed et illa hic insere: que paulo ante de decanis diximus. Adde quia fateor archidiaconi ampla sed et honoranda est dignitas si tu ea dignus existis nō parua ē preeminentia si quos potestate regis virtute preemines: honoris est prerogatiua si ceteros humilitate precellis. Quod si secus agis vtique experieris illud sapientis senatoris: quia dignitas ipsa parem vicem improbis reddit: que non tam a possidente detur patur quam ipsum deturpat: denique non parum eos cruciat ipsa assidua diraque ambientium crux Quis enim est archidiaconus qui non prepositus aut decanus. ille episcopus aut archiepiscopus: ille patriarcha: ille cardinalis: ille tandem Romanus pontifex assumi non velit? Quis archidiaconus preficitur nisi vt potentior aut ditior sit: et contra iustitie precepta preesse querat qui prodesse nescit? Et magne classis gubernacula querat qui paruam scafam dirigere non nouit? Taceo intrinsecas eorum calamitates: qui plerumque spem emunt dignitatum: et vt quidam sapiens dicebat vertigo est omnium pessima: vt ad ea nunc currant certatim homines que fugere iubentur: ab hisque retrahi non velint que olim aspernari consueuerunt: quippe et debuerunt. Fateor rursus archidiaconus oculus episcopi describitur: nonnunquam tamē tales ipsi presules sunt: talesque eorum oculi vt alter altero orbari vellet: adeo vt episcopus et de eisipsis oculis dicere cogatur: Contenebrati sunt oculi mei Et iterum cum alio propheta: Nihil respiciunt oculi mei nisi ma-

la. Quibus alius propheta ait. Dedit tibi dominus deficientes oculos. Et Hieremias. Oculi eorum pleni sunt puluere qui apertis palpebris nihil videant quia oculos habent et non videbunt. Quis enim episcopus de his oculis gratias agit vt dicere valeat nec elati sunt oculi mei: qui ita episcopi sui negligentias suppleant vt de eis dicat. Imperfectum meum viderunt oculi mei id est archidiaconi. Hi certe sunt oculi de quibus ait propheta: Ponam oculos eorum super malum et non super bonum. Quid enim aliud vident archidiaconi nisi munera? Conferunt beneficia non meritorum sed pecuniarum cumulo: non virtuti sed sanguini: qui ad sacros ordines deordinandos ordinant: implent innutilibus atque ignaris ministris ecclesias: vt bursas repleant. Hi propter obsequia delicta non puniunt: arcas non personas visitant: nec ad lucrum animarum sed questum et grauamen visitandi officium vertunt. Hi res pauperum pauperibus non erogant: sese secularibus exhibent qui contemnunt presbyteros: qui principum curias sequuntur vt ad cathedram pestilentie pestilenter ascendant. Hi certe. vt cum Propheta loquar: viuificant morituros. et mortificant viuituros. excommunicant sine cognitione absoluunt excommunicādos. Hi magis lauta conuiuia q̄ diuina sequuntur officia. Adde quia que ad eos pertinent negligunt. aliena vero vsurpant. & cū eorum tota pene iurisdictio ex consuetudine pendeat cō tra episcopum prescribūt. in eius ordinariam messem extra ordinariam falcem mittūt. Taceo eorū impudicitiā. que tanta est vt subditos agat impudicos qui facile maior imitantur exempla. Ad quos Hieremias in trenis ait. Subtrahūt ministri domus dei a templo aurum et argentum. & erogant illud sed in semetipsos. Et sequitur. Dant autem ex illo prostitutis et meretrices ornāt. hi non liberantur ab erugine et tinea. illos certe signat Malachias. Recessistis inquit a via vestra scandalizastis plurimos in lege. propterea dedi vos cōptēptibiles et humiles oībus populis. Paucula certe ex multis huius officij calamitates et afflictiones miserias defectus

atq pericula enarrauimus:cuz longe plura sint q̄ scri
bere libeat:que cum quis in eo constitutus ordine secū
ipse considerat:nihil est cur non intus plurimū crucieẗ
cuius apertissimi sunt defectus et paucissimi profectus
Quare qui hēt aures audiendi:audiat: et in tantis pe•
riculis constitut' sit cautus non enim timebit supplicia
si studebit fugare vitia.

¶Caput.xv.de dignitate et p̄rogatiua officij can
toris et primicerij:et de honore ac veneratione ei debitis
et de his que ad eum pertinent. Demū de plurimis one•
rib' et calamitatibus defectib' et periculis cantorum.

Antor siue primicerius singulari honoris
et dignitatis prerogatiua i ecclesia fungiẗ
cuius ministeriū ad celestes laudes:ad cul•
tus diuini augmentū principalius ordina
tur. Hic:vt canonica tradit institutio: acco
litos et ceteros ecclesie inferiores grad' ac ministros ad
diuina dirigit officia canendi legendi hymnos et psal•
modiaz preuidet atq instruit sed et quicqd diuine lau•
dis in cōi choro decantaẗ:p eū sollicite p̄ordinaẗ:psal•
lendi ordinem:orandi modum ipse committit.negligen
tes aut discolos punit.et vt paucis agamus:eius oneri
incumbit:vt diuina officia gnauiter et ordiate altissimo
persoluanẗ:vt iuxta apostolū.omnia secūdū ordinē fiāt
in ecclesia Tanto igitur cantoris dignitas apud deum
dignior acceptiorq̄ ē.quāto pincipali' celestibus laudi
bus occupatur. Nemo enim dubitat quātū deo nostro
sit iucūda decoraq laudatio. Hic amico dei Moysi p
speciali quadā excellētia dictū est. Elige ad iudicandū
populū viros qui oderunt auariciā tu aūt insiste in his
que a deū sunt.vt laudes et cerimonias offeras deo tuo
Sed et Esaias super cuncta que in ecclesia dei geri pre
signabat modernis dei ministris ait:Tu inquit.bn̄ can
ta.frequenta Canticū Et iterū scriptura ait. Uocifera•
buntur leuite.et ego exaudiā eos.Uerū heu heu dixeriz
cecidit corona de capite eorum.et cantus illoꝝ versus ē
in luctū.quia carmen lugubre in ore eoꝝ Cantores si q̄

dem moderni in eccl'ia nec canũt deo laudes. nec vt alij eas persoluant efficiunt: quos cõminatur scriptura inquiens Non claudas ora canentium deo enim gratum est obsequium eoꝝ. Hi ex officio canere debent domino: quia bona tribuit sibi. Hi nequaq̃ dicere possunt Exultabunt labia mea cum cantauero tibi. Quõ enim tacẽt q̃ cantare iubenẽ: quib9 propheta ait Psallite domino in vociferatiõe. Cantant plerumq̧: sed nõ cũ grauitate ꝛ modestia: q̃ vtinã ex eoꝝ numero essent. q̃ dicere possent: In populo graui laudabo te. nõ eñi cãtat dño q̃ ex corde nõ psallit: cui9 vie ipse sunt ꝛ ad secularia debacchanẽ. Quẽ ꝛ similes ali9 propheta signat inquiẽs Uoces ꝛ victime ipsoꝝ non placẽt domino. Et iteꝝ cantica eoꝝ q̃si panis lugentiũ. Et rursum alibi Nõ psallebant ad me in corde suo ministri altaris: sed vlulabant in cubilibus suis. Quõ eñi eccl'ie cãtores septies in die laudẽ dicũt dño q̃ vtinã semel choꝝ ingrederenẽ. Quippe verecũdũ hodie putãt canere dño q̃ cantores appellari gestiũt. Oppositũ apponũt in obiecto: ꝛ monstro simile tentant cũ cantores esse volunt ꝛ cantare dedignãtur. Nõ igiẽ canẽtes aut psallẽtes sed poti9 silẽtes dicãtur q̃re nec vt canẽtes mãducẽt: quippe vt silẽtes mendicent. Magna itaq̧ ministeria: magna calamitas: sed ꝛ magnũ piculũ ẽ id negligere qõ sunt ꝛ ita agere: ne nomen consonet rebus. Canebãt eñi antiq̃ eccl'ie ministri sed diuerso calle: nõnulli eñi psallebãt cũ gaudio: quia suũ persoluebãt ministeriũ: q̃s rex ꝛ propheta signat inquiens. Exultate iusti in domino: q2 rectos decet decãtatio. Alij vero cantabãt domino corde ꝛ voce: nec eos tenebat psallendi fastidiu3: quos delectabat perueniendi desyderium. Sic canebat Dauid inquiens. Cantabiles mihi erant iustificatiões tue in omni tempore. Hos certe cantores laudat: extollit ꝛ commendat ecclesia: non vtiq̧ eos qui totum psallendi finem in vocis dulcedine collocant. Qua de re sancti viri Et sapientes diuersas circa Ecclesie cantum tulere sententias. Athanasius enim meditans cantilenas: animos hominum plerumq̧ inanes vanosq̧ efficere posse: cauen-

dum canēdi vsum in ecclesia interdixit. Meminerat enī sanctus vir canendi delectationē vanos nōnunꝙ̄ gignere conceptus: memoꝛ multoꝛū nominatoꝝ pꝛincipū: qui incredibilē curam vocis habuere. velut de Caio cesare legimus. Taceo de Neronē q̄ vltima vite sue hoꝛa pꝛima inter querellas: quas ꝑpinqua moꝛs afferebat: illa fuit non ꝙ tantus pꝛinceps sed ꝙ tantus musicus periret. Uerūtamē beatissimus pꝛesul Ambꝛosius pietatis appetens diuiniq̄ʒ cultus auctoꝛ ꝛ institutoꝛ: vt in ecclesia caneretur instituit. Aurelius ꝯo Augustinus vtrūq̄ʒ se passum ait: difficileq̄ʒ negotiū iudicauit. vt in libꝛo confessionum asseritur. Adde que dicemus cū de canonicis agemus. Qui igitur aures habet audiēdi audiat: ac si inter tanta pericula constitutus secure incedere cupit: agat iuxta ꝑcepta sui gradꝰ: nec vsq̄ʒ erit ei finis paruꝰ.

¶ Caput.xvj. de dignitate ꝛ honoꝛe officij thesaurarij vel custodis ecclesie: ꝛ de his que ad eum pertinēt. Demum de plurimis oneribus ꝛ calamitatibus: afflictionibus: defectibus et periculis illoꝛum qui talia officia habent.

Thesaurarius siue custos pꝛecipua quadam pꝛerogatiua ac honoꝛis pꝛeeminentia in sacrosancta ecclesia fulget. Illoꝝ enī dignitati ꝛ officio basilicarū ꝑmo incūbit custodia ꝛ tuitio: ostiarioꝛū institutio: luminariū incensio ꝛ ꝑparatio. Cura deniq̄ʒ confitendi conseruādiq̄ʒ baptismatis: dirigendi baptisterij. Uasoꝝ quoq̄ʒ sanctorum ac sacerdotaliū vestiū: necnō sacrarum reliquiarū: ꝛ tandē totius ecclesie thesauri ad euʒ pꝛincipalius pertinet custodia: sed ꝛ inter ecclesie ministros ꝑ modo obsequij ꝛ personarū differentijs redditus ꝛ oblatiōes diuidit. Merito igitur sancta synodus idipsum dignitatis officium: vt vnā ecclesie colūnam summo studio eligendaʒ honoꝛiq̄ʒ habendā decreuit: vt nullus in ea nisi sanctioꝛ ꝛ melioꝛ oꝛdinetur. Sed oꝛdo exigit pollicitus vt huius dignitatis onera: afflictiones ꝛ pericula breuissime audiamꝰ. In ꝑmis igit̄ sacriste siue thesaurarij ecclesie aut cuiusuis reip. recte stomacho coꝛpis natura

Thesaurarij stomacho coꝛpo[ri]s natu[ra]lis com[pa]rantur.

lis comparant. Ueluti eñ stomachus recipit quippe ꝛ conseruat summa diligentia alimenta humano corpori necessaria: q̄ tamē refundit virtualiter ꝛ effectualiter in mēbra singula: nec aliter thesaurarius cōseruat ecclesie thesauros: ꝛ a sua dispositiōe expensarū subsidia infundunt: aut in erariū ecclesie: aut in singulorꝫ necessitates principis aut cōmunitatis iussu. Et veluti stomachꝰ pestifer est: quo multa recipitꝫ recepta minime refundit in mēbra ꝑ eorum nutrimēto: sic thesaurarius aut ecclesie custos multa ab ecclesia recipiens ꝛ nō ꝯseruās: nec equaliter ꝑ singulorum vtilitate distribuēs: pestifer est: multosq̄ morbos in corpe ecclesie generās. Et de talibꝰ ait Hieremias. Uentrē meuꝫ doleo. Et iterum Esayas. Transgressorē ex ventre vocaui te. Si vero fideliter conseruatq̄ ꝑ membrorū ꝛ personarū ecclesie qualitate et presidentis dispositiōe vtiliter distribuit: tanq̄ saluberrimus cōmendādus est. Hinc Policratus recitat fictā: sꝫ facetā ac vtilē fabulam de altercatiōe ꝛ discordia inter mēbra ꝛ stomachū: eo q̄ ille deuorabat oēs labores eorum. Nam vt ait ecclesiasticus: oīs labor hoīs in ore ipsius. Tandē cum venissent ad iudiciū coram ratione q̄ erat iudex ꝛ ratio iudicasset mēbra nihil debere dare stomacho: illico mēbra debilitata sunt: ꝛ tremores in cunctis mēbris aderant quare eisdē membris conquerentibus: iterum ratio iudicabit. vt alimēta stomacho a mēbris ministrarent. Quo facto mēbra refocillata sunt: et pax confirmata est. Et ob eam rem Policratus subdit: q̄ thesaurarij ecclesiarū: ꝛ qui principū tenent eraria: non sibi sed cōmunitati ꝛ totius corporis reip. coaceruare debēt thesauros ipsos ꝛ ecclesie redditus. Si enim aut sibi tenaciter conseruat: aut nimia largitate exinanitus fuerit nihil habebit qđ ministris ꝛ ecclesie membris distribuat. Sed iam specialius ad huius officij labores: difficultates: incōmoda atq̄ pericula descendamus. Thesaurarij itaq̄ siue custodis dignitas fateor ꝑdulcis est. Idq̄ eius nomē indicat ab auro dictum: nec mirū si nomē delectet. cuius rem mortales tā auide perquirimus. Delectātia certe noīa sed difficilia officia: si

Thesaurarij nomen ab auro id3 dulce.

recte gerantur: alioqui periculosa plurimum atque morti fera iucundum nomen: sed mestus effectus acque promptum periculum: si reddenda est aliquando de receptis ratio. Taceo de neglectu. cum scriptum sit. Maledictus homo qui agit opus domini desidiose. Basilicarum igitur sacrorumque vtensilium ac vniuersi ecclesie thesauri custodia atque illi vni prohpudor tuitioni verecunde committitur qui plerumque sui non rectam gerit custodiam: qui aut puer est: aut minus idoneus: nec satis notus. Et quod periculosius est: cui nec etas: nec ingenium: nec mores: nec industria ad parue domus custodiam satis sufficeret: matricis principalisque ecclesie templa: non modo turribus munita: sed sacris pretiosisque iocalibus ditissima: illorumque conseruatio intrepide demandatur. Mira confidentia aut magna dementia: miranda facilitas aut stulta securitas. Vereor ne hi sint illi custodes: quos Daniel signat inquiens. Custodes tui quasi locuste. Sed oro quo pacto luminaria in ecclesia accendent: ne lucis in domo dei desit splendor qui semper obscuri existunt? aut quo modo qui dormiunt in tenebris et vmbra mortis aliis lucebunt? Quomodo rursus sacra tuetur qui prophana intuetur? Quomodo reliquiarum sanctarum pretiosa pignora venerabitur: qui titulum non vidit: nec eius auris audiuit nec in cor ascendit de reliquiis et veneratione sanctorum? Quomodo dominicum corpus reuerenter tenet: qui spurcitiis adheret? Quomodo solerter prestabit exactam custodiam ceterarum rerum spiritualium: cui assidua est cura rerum secularium? Adde cui sacrarium carcer est: altare exilium. Iubentur siquidem custodes: vt in libris numerorum legitur: excubare in custodiis tabernaculi: quippe custodiam contra custodiam diligentissime adhibere: sed hi vt alij filij Heli: concubinas mittunt ad custodiam domus dei. Denique redditus ac oblationes thesaurarius recipit quas vtinam equa lance diuideret. sed forte male dixerim diuidunt inque: sed non vt apostoli prout vnicuique opus est sed habenti dant: et non habenti subtrahunt id quod habere debeat: nonnunquam vero non seruienti sed absenti tribuunt. Diuidit inque a fratribus non a se: sic partes distribuunt vt totum retineat: expensas graues defalcat. que lucra sensit: non parua damna supputat que vltra

forte extorsit:ɀ more pditoris dispẽsatoris sacrũ de sacro eripit:atq dignitatis emolumentũ in sacrilegiũ vertit. Ex quib' huius officij defect' calamitates ɀ pericula facile ↄspicies. Si igit aures habes audiẽdi audias: ɀ inter tot discrimina ɀ pericula versatus:sis puidus. Tut' eni in hac via gradieris:si qd ordo reqrit seqris.

¶Caput.xvij. de dignitate ɀ prerogatiua officij scholastici in ecclesia:ɀ de his q ad officiũ spectant. Demũ de plurimis oneribus:afflictionibus ɀ calamitatib' ac defectibus ɀ periculis scholasticorum.

Cholastici officiũ siue dignitas non modo honorãda sed summe necessaria in ecclia fore dinoscit. Ut eni ait Honorius in canone: scholaruz magistri velut stelle in ppetuas eternitates doctrine lumen infundũt. Hos merito ecclesia honorat:ɀ prebẽdis atq redditib' nõ modo premiat sed ditat. vt in vnaquaq cathedrali ecclesia clericos ɀ ceteros scholares pauperes grates instruãt. Quare illis ea de re tam opulenter prouidet. vt ɀ docẽtis releuetur necessitas:ɀ via pateat discedẽtibus ad doctrinã. Sed huius officij calamitas: defectus afflictio ɀ periculum breui audire libet. Atq imprimis scholasticus qui a sapientie schola nomẽ trahit:nequaq vt puto tam fastuoso nomine oblecteretur: si vera sapientia fulgeret:vt enim inquit Laureatus poeta:non eget titulis sapientia solida per seipsam clara est. Quis lucernã vt videatur soli adhibet? Plurimi scholastici doctoris aut magistri dignitate insigniti:cum his titulis obscuri:et absq illis clarissimi euasere. Sed verum est:qr hodie mortales titulos querunt:non rem:laudem petunt: premium certe inane exiguum atq sordidum. Que res egentis ingenij signum est:quia vmbris gloriari ac opinione non veritate duci volunt. Rursus necesse est illud noscat qui scholastici dignitatem assumit:quia docendi non lasciuiendi nomen assumit. Docere enim eum oportet non nuda literarum instrumenta sed morũ preclara documẽta. vt quod docet in se teneat. Sed proh dolor assumunt quidẽ scholastici in hac tpis tẽpestate ad huiusmodi ecclesie officiũ vt honoris assequãtur di-

Scholasticus nomẽ a schola sapiẽtie trahit.

Scholastici plus dici quam esse volunt.

gnitatem: licet nullam scientie habent facultatem. Appellantur quod non sunt: nec unquam didicerunt quod docere contendunt: & quod verecundius dicam & periculosius est: qui nunquam scholas viderunt: scholas regere profitentur. Magistri vocantur qui nondum fuerunt discipuli: aut si velis: magistri sunt erroris qui nunquam fuerunt discipuli veritatis peritiam docendi pollicentur qui aperte ignorantiam confitentur: facundiam dicendi hoc officium exigit: sed assumuntur qui barbarismis vtuntur. Subtilitatem denique sacras interpretandi scripturas ea dignitas exquirit: vtinam eligerentur qui simplicem intelligerent literam. Magna certe miseria: magna est magistri confusio: id ignorare quod vocari delectat: vt recte ei apostolus dicat. Qui alium doces teipsum non doces? Hos quidem ignorantie preceptores monet sapiens cum ait. Antequam loquaris & doceas disce audiendo. Quid enim tam turpe quam profiteri artem quam non novit? Et in eam committere que eum decorat. Taceo eorum mores omni sane doctrine aduersos cum dicat Boetius. Uas putridum corrumpit aquas: & omnis doctrina vilescit ex ignominiosa vita docentis. Sed vtinam quod per se non valent per doctos probosque viros explerent. Sed verum est: quia hoc habet omnis ignorans. vt tales ceteros appetat doctosque persequatur: quia non facile per ceteros explet quod ipse oderit. Qui igitur habet aures audiendi audiat: atque inter tot calamitatum & defectuum pericula constitutus sit cautus: quia nulla ei nocebit aduersitas: si nulla dominatur iniquitas.

Caput. xviij. de preeminentia & vtilitate officij archipresbyteri: & quante sit venerationis: & de his que ei competunt. Demum de plurimis oneribus & afflictionibus: defectibus & propterea periculis archipresbyterorum.

Archipresbyter non paruum honoris & prerogatiue gradum in dei ecclesia optinet. Hic enim maior presbyterorum dicitur: quia illis preest: & in eos iurisdictionem & coertionem exercet: cui visitatio: vt sacri habent canones: aliquarum personarum: regulariter vero ecclesiarum ac fabrice competit. Sed & qua deuotione: quoue ordine baptismi ceteraque

a presbyteris conferantur sacramenta:cura ei pertinet. Hic ex singulari prerogatiua absente episcopo missas solennes in ciuitatib' celebrat sacerdotesq; ad missas ꝛ diuina officia decantanda deputat. Hic largo nomine prelatus:licet ruralis nūcupať: magna certe dignitas cui magna committuntur. Verū quanta sit huius officij ꝛ status calamitas:quanta afflictio:quantum periculū ex eo conspicere libet:quia ipse archipresbyter:q̄ maior presbyteris nominatur:nomen solum retinet: rē autem ipsam diu perdidit:atq; vtinam ceteris presbyteris non minor esset vita ꝛ idoneitate ipse qui gaudet nominis maioritate. Maiores sunt vt potestatē exerceāt: non quidem in rectitudine ꝛ humilitate:sed in rapinis superbia ꝛ abusione sacrum est archipresbyteri nomen sed exercēs profanus:clarus titulus obscura res. Magna certe calamitas ē ex dulci fauo amaritudinem fundere visitat archipresbyter:qui plerumq; visitand' esset corrigere cōtendit:qui ad vitia tendit:ecclesias visitat vt eas spoliet:non vt ornet fabrice curam gerit:sed domus sue:non murorum templi. Hi sunt quos propheta commemorat: Suscitabo pastorem qui delicta non visitet. Adde quia si visitant:non quidem in virga iniquitatis subditorum: aut in verberibus peccata eorum: nec ea visitatione qua scriptum est. Requiram oues meas; ꝛ visitabo eas:sicut pastor visitat oues suas: Sed visitant bursas palpant delicta qui merito audiūt:Uos dispersistis gregem: deiecistis eos ꝛ non visitastis; quod crassum est comedistis:quod infirmū nō visitastis:quare inquit propheta:Uisitabo preuaricationes syon. Et iterum:Uisitabo super viros defixos fecib' voluptatis videlicet ꝛ auaritie. Qui igitur habet aures audiendi: audiat:ꝛ in tantis periculis constitutus:sit caut' agat iuxta eius officio incumbentia:ꝛ vitabit cuncta discrimina nocentia.

Archipresbyter maior presbyteris nominatur

Archipresbiteri nomen sacrū

¶ Caput.xix. De prerogatiua ꝛ magna vtilitate officij canonicoꝝ ꝛ quanti sit honoris ꝛ reputationis: ꝛ quid eis congruat. Demū de innumeris huius status oneribus:ꝛ afflictionibus:defectibus ꝛ periculis.

Anonicus sicut honestum habet nomen: sic saluberrimū in ecclesia ministeriū gerit: dictus est enim a canone vel regula que cūcta ordinat et dirigit. Canonici itaq3 regulati et disciplinati dicunt: quippe qui sua electione regulatione ac dispositione episcopus eligit qui est vertex et norma cuiuslibet ecclesie: qui et secundum canones cunctorum est preordinator. Nec ab re sancti patres canonicos: cōsiliarios episcopi fore decreuerūt: quare in corpore reip. cordi recte comparant. Nam veluti a corde in corpore naturali est vita et regimen: sic a canonicis episcopum eligentib9 et ei consulentibus: omniū pene in ecclesia agendorum regimen et directio pcedit. Que res agit vt non parua sit canonicorum honoris et tituli prerogatiua: qui primū in ecclesia gradū eligunt simul et dirigunt. quare huiusmodi status et vite forma non modo honoris: sed et emolumēti in dei ecclesia plurimū habet. Demū hic viuendi modus trāquillus atq3 securus admodum est: nullā cure animarū sarcinā habens: quo fit vt minor doctrine atq3 etatis idoneitas eis sufficere videatur. Adde qui libertatis optinet satis: nec ad sacros artatur ordines: quippe quibus ad seculū redire et sub sancto viuere matrimonio libet. Uerū huius vite miserias: cruciatus et defect9 calamitates ac pericula turpe audi: qui tam libēter huius status dulcia auscultasti.

Canonici comparantur cordi.

In primis itaq3 canonicus qui vt ais nomen a regula traxit: an sub regula viuat: oro considera atq3 hic repete que supra de episcopis et ceteris clericis in communi diximus. xij. huius libri capi. Demū quo pacto canonicus a regula dicat ignoro: qui canonice et sub regula non viuit: qui vt cetera taceā secundum regulas canonū plures prebendas optinet: et vn9 ipse plurimorum forsan meliorum loca occupat: quippe cū nō satis est vt vn9 seruiat: dānabiliter multorum seruitia intercipit. Demū quāto liberiores sunt canonici: tāto licēti9 in plurima debacchant vitia: nec vna vni sufficit muliercula nisi retentā i domo habeat vt vxorē: concubinas vero et adulescentulas: quarū non est numerus. Sed et quomodo sub regula viuant nō vi

Beneficiorum pluralitas damnabilis.

Cōcubinatus detestabilis.

deo: qui episcopis non obediunt sed resistunt: sepeq; in eos conspirant: armaq; mouent atq; ne iuste ab ecclesie principibus puniantur: iniuste se principibus seculi federantur: sed & famulantur. Et vt paucis agam in tribus locis canonici versatur officium in altari videlicet in choro ac in capitulo. In altari inq; reuerentia exquiritur: in choro honestas & diuinorum deuota decantatio: in capitulo morum correctio: ac agendorũ vnitas & vtilitas. Pro his canonici in altari irreuerentiã vendicant in choro dissolutionẽ: in capitulo lites. Ad altare inq; irreuerẽter accedũt q: vt ait Hugo: licet ablutis manib[9]: lota facie: albis vestib[9] appropinquent tñ peruerso opere: polluto ore: inmũdo corde christi corpus: sacra vasa pertingere non erubescunt. Deniq; ad altare accedit: elatus ad humilem: iratus ad mitem: crudelis ad clementem. Accedit seruus ad dominũ: non charitatis superne amore: sed perdẽdi corporalis stipẽdij timore, nõ deuotione sed coactione. Accedit rursus turbat[9] ab aliquo: aut alios turbans. Accedit inq; canonicus ad altare vanus: curiosus: voluptati subditus. Accedit ad mensam christi: non nisi aliquid temporaliter accepturus: sed verum est quia accessit ad iesum petrus: tamen accessit & iudas: sed quo pacto deuote accedẽt qui legem domini nec sciunt nec discunt. Uacant enim otio et comessationibus; non libris; non contemplationi non vtili actioni studẽt: terrenis inhiant: temporalia sapiunt; assidui in plateis; in ecclesia rari; tardi ad predicandum; parati ad leporis vestigia inuestigandũ: velociores ad congregandos canes q̃ ad alendos pauperes; plures illis ad mensam seruiunt: ad missam nullus scyphus eorum calice pretiosior; equus missali charior: cappa eorum casula pulcrior; camisia delicatior alba. Non igitur eorum sacrificijs deus placatur: sed indignatur: quia scriptum est. Oratio iusti impinguat altare deprecatio impij non liberabit eum. Et itẽ rum. Spreuit dominus altare suum propter iniquitatem ministrantiũ. Rursus qualiter in choro se hñt discutiendũ est, vbi tãto deteriores inhonestioresq; canonici

Canonici epo inobedientes.

Canonicoruz officiũ triplex.

De choro

degunt quanto honestiores esse deberent: ubi mente vagi attoniti oculis: habituque dissoluti prospiciũt per cancellos non pauperculas sed mulierculas: aliud cantãt aliud cogitant. In choro sunt corpore: in foro sunt mente: mane in theatro: sero in ecclesia: ibique nunc intꝰ: nũc foris exeunt inquieti: psalmorum verba non pronũciant qui cantare pudori existimant: quod si verba aliquãdo proferunt eorum sensum non attendunt nescientes illud Gregorij: quia vox psalmodie cum ex cordis deuotiõe agitur deo per intentiõem mentis coniũgitur. Alij cantant: sed non quod libri habent: cantant vt placeãt populo magisque deo: tanta quibusdã leuitas est vocis quãta et mentis frangit vocẽ qui non frangit voluntatem: seruat consonantiam vocum: non morum quibus ait Gregorius: Quid prodest dulcedo vocis: si adest asperitas mẽtis. Tandem cantant non cum Dauid iuxta arcam domini: sed in palatio cũ herodiade. vt placeãt discumbẽtibus. Merito igitur chorus eorũ nõ exultationis: sed deplorationis effectus est: vt dicere cogantur cum Hieremia: Uersus est inquit: in luctum chorus noster. Sed quid hec? Uereor ne verum sit canonicos nostri temporis fructus non facere suos: cum plurimi chorum non essent ingressuri: nisi aliquid extorquerẽt. Alij vnice interessentes hore totius diei emolumenta rapiũt. Alij sterilibus officijs sterile exhibẽt obsequium: pinguiora vero officia frequentant Alij falso infirmantur: vt distributiones percipiant: et si in domibus delitescant. Alij: vt ita dixerim: infortunata hora qua intersunt non diuinorum decãtationi: sed seculariũ negotiationi: nec diuinis officijs: sed humãis cõmercijs: nec orõni: sed vane confabulationi vacant. Denique ad capl'm canonici accedunt sed vt litigent: vt prochdolor: vbi litigia sopiri deberent: ibi nascantur: ibi culpa augeatur: vbi deleri debuit: ibi discordias gignunt: partes constituunt. Et: vt paucis agam: quoties canonicus capitulum ingreditur: toties domum periurus redit: prece enim aut precio odio: fauore aut timore longe aliud consulit quam aut conscientie aut ecclesie vtilitates exposcunt: ibi nõ mo

Quare tẽpla visitẽt canonici

de capitulo.

Capitulũ exeunt canonici periuri.

desta discussio:sed clamorosa cōfusio:fitq̧ capitulum officina discordie.cū esse debuit mater cōcordie. Congregantur nō vt se corrigāt:sed detrahāt. nec fit de animabus sermo sed ipsi loquuntur de extrinsecis.ducunt ad capitulū oues et boues.Et:vt paucis cōcludam:ibi nec Maria locum habet nec martha cōpescitur:q: nec bona actio ventilatur.nec marie silentiū custodit Taceo de electione episcoporū.in qua caro et sanguis ac mammona iniq̄tatis lōge pl' pn̄t q̄ ordo iustitie et vnitatis Cum vero capitulum canonicos creat aut cetera confert beneficia.non ad merita.sed ad volita dirigunt vota sua nec ad longiora obsequia.sed propinquiora trahuntur cōmercia veluti vnus ex sanctis ecclesie doctoribus.nō tam eleganter q̄ facete in ecclesia argentina accidisse refert.In ea eni cū de conferendis certis in ecclesia vacantib' prebendis discordarent:altero nepotē puerū. altero filiū altero ignobilē frēmnominātib'.quidā romanus inibi canonicus asellū qui plusq̄.xx.annis ei seruierat:noiauit:asserens in ɔsciētia quia propter diuturna seruitia que asinus ecclesie fecerat: dignior cunctis noiatis erat Quis igitur ea omnia recolens.iucūdus:tranquillus aut secur' esse potest:et :vt inquit Bernardus quis in tantis periculis constitutus ac tantis bonis destitutus :non intra vrgetur : non vritur : non cruciatur?Qui igitur habet aures audiendi.audiat. et inter tot miserias.laqueos et pericula sit caut'.viuatq̧ sub regula qui a regula nomen accepit.non enim timebit eterna supplicia.si studebit vitare seculi vitia.

de electione eporū

Asellus noiat in canonicū

¶Caput.xx.de preeminentia.necessitate et vtilitate officij sacerdotum curatorum rectoꝝ curam animarum habentium.Demū de pluribus huius status laboribus et calamitatibus.defectibus et periculis.

Rectoris curatiq̧ sacerdotis eximia est dignitas atq̧ ꝑ necessariū saluberrimūq̧ ministerium.Habet enim in primis illū familiarissimum atq̧ salutiferum ad veri corporis christi accessum assiduū:in quo est redēptio vita et salus nr̄a.Demuꝫ quanti honoris et emolu

Curati q̃ bñ p̃sunt duplici honore digni sunt.

menti temporalis hoc ecclesie officium existat beatus Augustinus patenter insinuauit. Nã illud apostoli exponens presbyteri qui bene presunt duplici honore digni habentur. sic ait. Presbyteri qui bene presunt vita et doctrina digni certe habẽtur a subditis duplici honore. s. vt spiritualiter eis obediant: et exteriora bona ministrent: Nec solũ honore sublimi p̃miari debent sz et terreno vt non contristenẽ indigentia sumptuũ temporalium et gaudeant obedientia spiritualium. Demum ex eo rectoris et curati dignitas honor et vtilitas cõprehendiẽ: quoniam: vt inquit Gregorius nazianzenus: spirituale est ei⁹ officiũ mediatorẽ eẽ populi apud deum. Unde Rabanus: Non qualiscunq̃ dignitas sacerdotuz est. Huic eñi forte datũ est: vt mediator sit inter deum et hominem vt per eos genus humanum reconcilieẽ. Adde hic p̃ populo orat: hic sordes eius abluit: hic vice christi peccata condonat: hic claues regni celoꝝ penitẽtibus aperit: hic baptisma: quo christi nomine censemur et ei cõiũgimur: ceteraq̃ ministrat saluberrima sacramẽta: vt merito de illo dici possit quod scriptum est: quia ipse comedit peccata populorum. Supest vt huius officij calamitates afflictiões defectus et pericula succincte narremus: quorum plurima in duodecimo huius secundi libri capite diseruimus: cũ in communi clericorum omnium miserias onera et labores tetigimus: sed et illis nõnulla addẽda sunt que inesse ceteris ecclesiasticis officijs diximus: presertim cum de canonicis egimus: Parua tamen ex multis singularibus eis congruentia afferem⁹ vt vnusquisq̃: nisi mente obcecatus existat: facile huius vite formule calamitates et pericula conspiciet. Fateor igiẽ summa est dignitas summus honor curam animarũ habere: qđ ex eo facile conspicitur: qñ summa ẽ honoris p̃rogatiua corporũ rerũq̃: qb⁹ nõ parũ ale p̃stãt: regimẽ gerere. Sz oro cõsyderet rector q̃lis ipse debeat esse qui ceteros regendos immo corrigẽdos suscipit: quod tãto est periculosius: quãto pauci sese corrigant. Attendat curatus vires suas: qui animarum sarcinam sup humeros portat Nõ eñi teste Chrysostomo dignitas: nõ officiũ sa

Curatorũ pericula supra narrata sunt.

¶ Caput. xxvj. de difficultatibus vite religiose; ⁊ de laboribus aculeis religiosorum in genere.

Eligiosam atq3 monasticā vitā laudabilem atq3 perfectā ⁊ deo acceptā esse: nemo est qui ambigat. Uerūtamē alia alijs congruūt: ⁊ diuersi ad diuersa aptiores sunt. Deniq3 aliud est religiosuꝫ eē aliud religiose viuere: mlti noie religiosi sunt: pauci re: plurimi religiose viuere ceperūt: qui superstitiose vitā finierunt. et vt quidā ait sapiens: dulce negotiū: iucundū nomē religionis est: sed progressus difficilis: veluti in quo vite statu: hominum libertas volūtas ac voluptas ⁊ affluentia adimit: ⁊ vt breuibus dicā ipsa quoq3 q̄ natura concedit sancta religio prohibet. Fateor in monasterijs: deus ipse noscitur ibi dei notitia: amor ⁊ cultus habent. ea tamē in ceteris vite statib⁹ impleri possunt. ⁊ vtinā tam digne tā recte implerent ab hoibus q̄ sciunt. Scit enim vnusquisq3 quomodo placere deo possit. idq3 si agat vere religiosus est. Se enī ille deo religat q̄ in pietate ⁊ humilitate deū colit: ⁊ insolentias extirpat. Fateor ea cōmodius in monasterijs fieri. si facultas corporis animiq3 vires suppetūt. Deniq3 quietē animi in religione monastica inueniri aiunt. Quibus ego dicere possem: si quietē animi speras aut optas cur ergo in bello stas? Quocunq3 igit in statu viuas: quis tibi bellū inferet nisi tu vnus. Quod ergo tu tibi aufers: quare in alio statu speras? Deniq3 considera illud Isidori. quoniam ad dei quietudinem

Multi nomine religiosi sunt pauci re.

Religiosus eē pōt in seculo manens.

non acceditur passionibus corporis sed mentis specula tionibus. Uidisti tu plurimos religioso habitu idutos: per inquietudines discurrentes apostatantes. alios pro pter inopiam rerū necessariarū ab incepto opere caden tes. de quibus scriptū est quoniā propter inopiā multi deliquerūt. Quāquā illud fateor non sacre religioni. sed eorum improbitati imputandū est. verūtamen delibera tione et consilio nō paruo opus est. Quare vt ego puto: monastica religiosaque vita ab illis potissime eligēda est: qui casum non timent. imperfectis eni et fragilib⁹ et nō dum vitiorum mortificationē superantib⁹ experiendū dixe rim non profitendū: aut serius verius differendū. Pre terea religiosi nōnulli hui⁹ tēporis ab vtero regule sue aberrantes quo eni modo conuersant quoue obedien tie paupertatis et castitatis tramite: religionē obseruēt. tuipse nosti in quibus: vt mihi videtur maior est pericu li timor quā spes proficiendi. Hinc quidā sapiēs illud tre norum exponens. lapides sanctuarij dispersi sunt. Plā guntur inquit religiosi implica ti tēporalibus negotijs qr non est actio secularis vite: quam hodie non admini strent religiosi: discurre singulorum occupatiōes et officia religiosos adesse videbis. Secularia eni negotia secula riter pertractant. ad que vtinā proficiendi gratia: aut vo cati accederēt. Sed prohdolor sese ingerūt: cupiditatis vel adipiscende dignitatis gratia: aut forte lasciuitatis et habende exemptionis: excutiant collum ab obedien tia suorum prelatorum: agentes contra principalia eorum vota: per quorum obligationē positi sunt in statu perfe ctionis. Et quāquā prauorū hominum facta bonos a bono non retrahant quinimo sicut pena suos actores: sic in nocentia suos tenet sectatores. Nihilominus hec quo rūdam religiosorum praua exempla et si aliquos a reli giōe penitus non arceant cogunt tamen vt differāt quousque se experiantur. Quibus colligit hunc statū non parum laboris et difficultatis habere.

Fragiles experti professionem differant.

Monachi secularibus negotijs se immiscent

¶ Caput. xxvij. particularius et latius de promptitudi ne periculorum huiusmodi status in specie de malis re ligiosis et abusibus illorum.

gnitas:sed magna eius damnatio:si que sunt monachi agere pretermittit. Ceteruȝ huius status labores ꝛ difficultates non negauit Augustinus ad Uincentium donatistam. Ait enim:fateor charitati vestre coram domino deo nostro: qui testis est super animā meam ex quo deo seruire incepi:quoniā difficile sum expertus:meliores posse inuenire ꝙ̄ qui in monasterijs profecerūt: ita nec peiores ꝙ̄ qui in monasterijs defecerūt. vt hinc arbitror in apocalipsi esse dictum. Justus iustificetur adhuc ꝛ qui in sordibus est:sordescat adhuc. Attendenda ergo sunt Augustini verba. Fatetur eñi meliores nō reperiri ꝙ̄ qui in monasterio profecerūt:sed nec peiores ꝙ̄ q̄ defecerūt. Cōstat eñi lōge plures deficere ꝙ̄ pficere. Nā vt inquit Hieronymus ait:rara est virtus atqȝ difficilis ꝛ a paucis appetit. Sed ꝛ philosophus in ethicis ait. Difficile admodū fore tenere medium virtutis: quare longe plures deficiunt ꝙ̄ attingunt. veluti sagittantes ad signum mediū plures deficiunt ꝙ̄ signum tangant. Unde quidam sapiens non miratur: quare plures homines sunt vitiosi ꝙ̄ virtuosi, maxime q̄ peccare multis modis contingit:ꝛ vnico defectu q̄s reddit vitiosus: sed nequaꝙ̄ quis virtuosus ꝛ innocēs erit:nisi omni cōcurrente virtute:que inuicem cōnexe noscunt. Uñ saluator multos fore vocatos ait:sed paucos electos. Et propheta clamat q̄ multi quoqȝ defecerūt. Et iterū. O ēs simul inutiles facti sunt nō est qui faciat bonū:vt bonoꝝ raritatē atqȝ paucitatē designaret. Cum ergo in oī statu plures deficere arbitrandū sit religiosos grauiꝰ deficere nō est ābiguū. Quis eñ nō cernit religiosoꝝ tā copiosaȝ numerositatē:sed q̄s nō videt tā paucoꝝ sctitatē? Quis eniȝ cernit multoꝝ religiosoꝝ superbiā ꝛ elationem:sȝ q̄s nō videt paucoꝝ hūiliationē? Plurimi certe sunt religiosi:sȝ phdolor tales:vt cū bernardo loquar: sub habitu religionis animū secularē:ꝛ sub pannis cōuersationis habere inueniantur cor altū in seculo:ꝛ peruersuȝ ad religionis opera. de quibus idē Bernar. ait. Doleo de multis q̄ post spretā populi pompam conuersari deberēt in schola humilitatis:grauius insolescere:

Bonū est ex integra cā malum ex singul defectibꝰ.

Boni monachi pauciores.

ꝛ impatientes amplius fieri in claustro ꝙ fuissent in seculo. Et quod magis periculosum est: pleriqꝫ in religione non patiunt haberi se contẽptui qui in domo sua seculariter viuentes: non nisi contẽptibiles esse potuerũt. Preterea in eo versatur ꝙ maxime religiosoꝝ periculũ: qꝛ cum sint religati deo dum se ligatos fore dolent se amittunt solutos: non consyderantes ꝙ bene ligata securius custodiunt: soluta vero facile perdunt. Multis rursus aculeis ꝛ laboribus: status religionis est refertꝰ ꝛ plurimis periculis expositus. Quis enim dubitat teste Bernardo grauissimũ inter assuetas epulas esurire? Inter delitias preteritas macerari? Inter vestes pretiosas ꝛ multas algere? Et inter diuitias quas ostẽdit mũdus offert diabolus: desyderat noster appetitus eas cõtemnere? Profecto tanto hec grauiora existunt: quanto grauius a paucioribꝰ tolerant. Fateor certe qꝛ vt Bernardus ait non desunt religiosi in claustro: qui hoc pacto volunt esse pauperes vt nihil eis desit. Deniqꝫ volo religiosi casti sint ꝛ pauperes. Quid tamen dices de periculo arrogantie? vane glorie? que non nisi meliores tẽtat. Unde Hieronỹ. plus est deposuisse animũ ꝙ cultuꝫ: difficilius arrogantia ꝙ auro caremus ꝛ gẽmis. His enĩ abiectis gloriosi interdũ tumemus sordibus: ꝛ vendibilem paupertatẽ populari aure offerimus. Sed ad alia trãseamus. Quis talis religiosus est quẽ Bernardus ipe describit. qui nullo prorsus aut resistit prioribꝰ: aut inuideat paribꝰ aut subiectis plene obsequat: socijs congruens: subiectis vtiliter omnibus condescendens: fugax voluptatis: appetitor laboris: patiens abiectionis: impatiẽs honoris: pauper in pecunia: diues in sciẽtia: humilis ad merita: superbus ad vitia: qui ita huic mũdo moritur: vt soli deo viuere delectet? De his Eusebius dicebat: qm̃ taliter in monasterio viuere perfectio est: sed aliter conuersari magna dãnatio est: sed certe potius eos imitant. de quibus idem Bernardus ait: qm̃ superbie: inobedientie ꝛ auaritie studen: quaruꝫ prime culpe casus attulit: ꝛ labor tertie lapsus timet. his tribꝰ periculis tres claustraliũ ordines subijciuntur. scilicet

q̄ sedē prelationis querunt: t preesse non valent. Alij q̄ nec obediunt nec obedire volunt. Tertij familiares Iude: loculos portantes t in occulto detrahētes. Sed: vt paucis multa cōprehēdā: si studia: si mores si vitā plurimoꝝ religiosorum cognoscere vis: cōsydera. quia illis capitulū hostis est. extra murmur t inuidia: i nocte nullas vigilias habent: nec in die labores laborat monachus: vt fiet abbas. abbas ventrosus: prior incrassatur mendicans blanditur potentibus: terrena diligit: suspiciosus claustralis: bursarius pecuniosus: infirmarius concubinarius; capitosus sacrista: sine oratione conuersi fratres ad questum predicant: guardianus equitat: ꝑuincialis proclamat; generalis generat. Preterea de huius stat' periculo. vide quid Bernard' dicat in quadam epistola. moriens vix vnquam aliquis in cella ad infernum descendit: quia vix vnquaꝫ in celo predestinatus in ea vsqꝫ ad mortem persistit. Itē labores t pericula huius status apertissime demonstrat Grego. in registro inquiens. Uos qui viam vite extra hominū frequētiam ducitis: tāto maiora certamina pati necesse ē: quoniam ad vos magister ipse tentationum accedit. Ceteꝝ ex multitudine preceptorum t onerum religionū: periculum t difficultas huius status cōprehenditur. Nam vt dicit Augustin'. vbi sunt multe preceptiōes. ibi multe sunt transgressiōes. Habent enim religiosi longe plura precepta q̄ʒ quicunqꝫ homines alioꝝ statuum. immo plerumqꝫ. vt supra dixi. quod alijs meritum. sibi ad peccatum t periculum ē nec iuuat. si dicas. non omnia precepta obligant. Quibus Hieronymus respondet in q̄dam epistola. Nō ideo putet qui se deo optulit: aliqua ꝯtemnenda eē mādata. q2 leuia sunt. tā eīn maxia illa q̄ minima imperata sunt: t contemptus vnius precepti: ꝑcipienti iniuria est. Et sequitur: In quocumqꝫ enim statu in quo vis gradu equale peccatum est: vel prohibita committere: vel iussa non facere. t Bernardus ait: Iussa sine culpa non negliguntur: t sine crimine non contēnuntur. O q̄ʒ multa sunt hodie in religionibus precepta: o quot vicula multiplicata; o q̄ʒ pauca t tarda re

Monachorum peruerse conditiones

media. De quibus christus dicere videtur. Alligāt onera grauia ꝛ importabilia; ꝛ imponunt ea in humeris hominū. Contra hos multiplicantes precepta cōminatur deus duas maledictiones. Prima est. Ue vobis scribe ꝛ pharisei hypocrite: qui clauditis regnū celoꝝ ante homines vbi non intratis: nec permittitis alios intrare. Secūda est. Ue vobis scribe ꝛ pharisei: qui decimatis mentam ꝛ anetum: ꝛ relinquitis q̄ grauia: scilicet legis iudiciū; misericordiā ꝛ fidem. Forte dicet quispiā fatendum esse: plurima esse religionum precepta: plurima onera: ex quibus necesse est: plurima sequant peccata. Fatendū etiā plurima esse in religione pericula incōmoda: plures difficultates ꝛ labores. Uerūtamen ex pluribus bonis que religiosi agunt: facilius credit absorberi posse. Sed ꝛ promptius ab eis resurgere valebūt: presertim propter intentionē quā habent ad deum erectaꝫ. Accedit q2 habent socios a quibus iuuent: ad quos dici possunt que tetigi supra in.xxiiij.capi. Demū fateor possibile illud est: sed difficile dixerim: p̄cepta esse aperta: impletiones dubie: mandata certa: trangressiones certiores: vitia non occulta sunt: bona non vident: pericula manifesta existūt: nec sine discrimine incurrunt: remedia vero dubia: nec sine magnis laboribus querunt. Facilius cadimus q̄ resurgamus: socij vero an iuuēt eū qui se ledere vult: vnusquisq3 consideret: de quib⁹ quidā sapiens ait. Quid iuuat amicus: si animus amicitior ledit. Fateor tñ bonis ꝛ deo dicatis religiosis pericula: difficultates: labores huiusmodi quedā certamia: quedam exercitationes existunt: que religiose viuentes eo magis coronāt atq3: vt supra dixi: cum de periculis et laboribus status ecclesiastici egi: non est in culpa religio: s3 abutentes religione: nec est improbatio in religione: sed deturpantibus religionē. In qua non est mirum si sit multitudo periculorum: vbi violentis ꝛ bene militantibus est cumulus donorum. Nam vt ait Hugo de sancto victore: omni statui benigna est religio: abundās pauperi: mediocribus sufficiens: tolerabilis diuiti: infirmis larga: delicatis compatiens: penitentibus mise-

Hoc de christiana religione verissimuꝫ est.

fans: peruersis seuera. Bonis optima. Chrysostomus. Religio nunquam senescit: fatigationem non sentit. Ex quibus omnibus aperte monstratur huius vite et status periculum: labor et difficultas: simul et necessitas.

¶ Caput. xxviij. de inclinatione et dispositione naturali: et diuersitate complexionum et habilitatum hominum: quantum ad religionem et consilio in talibus.

Ultra predicta nonnulli cautos agunt et attentos: religionem ingredi volentes: vt inclinationes suas ac dispositiones naturales et complexiones attendant: viresque suas discutiant. Tandem quidam illis circa predicta consilia prebent. Aiunt enim: quia secundum antiquorum sapientium sententias: diuersi ad diuersos penitus viuendi modos: aut inclinantur aut disponuntur. Diuersitas autem et dissimilitudo aut disparitas viuendi vnius ad alterum: vt in politicis inquit philosophus: ex triplici radice procedit. Primo ex natura siue qualitate diuersa: nonnullos ex diuersitate complexionis loci quoque in quo viuitur: naturaliter ad diuersa ferri videmus: nonnullos enim inclinari conspicimus ad bene politisandum in republica alios ad militandum: alios ad sacrificia et cultum diuinum: nec solum ad hec exercitia sed anime passiones diuersimode disponuntur: quoniam aliqui ad verecundiam: alij ad iram: alij ad tristitiam inclinantur. Complexionis ergo diuersitas et regionis qualitas ad diuersa penitus inclinat: etiam quo ad mores. Quanto enim humana complexio simplicior et purior est: tanto sensus exteriores: viuaciores: potentiores atque subtiliores redduntur. Quo fit vt per consequens intellectus hominis eo magis sit purior et subtilior. Itaque ex eo patet esse manifestum: quoniam quamdiu sensus ipsi exteriores viuaciores existunt: tanto magis intellectui deseruire possunt quam intellectus ipse nihil agit: aut intelligit quamdiu in homine existit: nisi cum ministerio sensus: quare recte Arist. in

Diuerse inclinationis triplex radix.

Sensus exteriores intellectui deseruiunt.

quit quia anime ſequũtur corpora. Et alibi in libris de anima ait: Molles carne aptos mente dicim⁹. Anima ergo ſiue intellect⁹ humanus non exercet operationes ſuas: niſi mediantibus organis corporis: q: eodem philoſopho teſte: nihil eſt in intellectu: quin prius fuerit in ſenſu.

Intellect⁹ quomodo fatigatur.

Ex qua radice procedit illa cauſa a multis ignorata: quare intellectus humanus quandoq̃ fatigatur: quod licet improprie dictum ſit: tamen intellectum fatigari dicim⁹ non ſecundum ſe: ſed ſecundum ſenſus exteriores: cum quibus agere debet intellectus ipſe. Ex quibus omnibus conſtat: ꝙ habilitãtur ſeu diſponunt homines ad hũc vel illum modum viuendi. ſecundũ quod peius vel melius complexio illoꝝ eſt diſpoſita. Et quamq̃ anima ipſa eque perfecta exiſtat: tamen aliquãdo eligit vnum viuendi modum ſibi accõmodum: ⁊ in eo facilius bene operatur ſi organa corporis melius habet diſpoſita ⁊ complexionata: que inclinatiue non completiue ad hoc vel illud diſponunt. Secundo diuerſitas modi viuendi cõtingit plerũq̃ ex diuerſa cõſuetudine: que naturã imitatur: ⁊ illa ad vnum moduz viuendi trahit alios: alios ad aliũ. Tertio hec diſparitas viuendi contingit nõnunq̃ ex ſpirituali diuina influẽtia. Que quãdo quomodo vult: hũc trahit ad vnum viuendi modũ: alium ad aliũ: ſine tamen offenſione vniuſcuiuſq̃ liberi arbitrij: prout ſue inſcrutabili placet prouidentie.

Tractus deo ad religionẽ ꝓperet.

Quicunq̃ ergo hoc modo trahitur ad vitã monaſticam laudet deum qui traxit: ⁊ properet ad locum quẽ ſibi monſtrat deus: ⁊ relictis vrbibus: ⁊ earum illecebris vadat ſaluari in ſegor. Uerum ſecundus mod⁹ conſuetudinarius eos repente non iuuat: qui delicate in vrbib⁹ nutriti ſunt ſed opus eſt conſuetudinem pernitioſam contraria conſuetudine paulatim deuincere.

Religionem intraturus metiatur ſuã naturaz ⁊ corporis ⁊ vires.

Si vero primum modũ attendũt: recurrãt ad complexionẽ: vt predixim⁹ ad naturã ſuam. ad inclinationem: ad diſpoſitionem interioris hois vnuſquiſq̃ recurrat: deniq̃ ad vires corporis ſui: ⁊ ſeipſos ⁊ intra ſeipſos dijudicent: ⁊ de ſe magis ſibi q̃ alijs credant. Concludunt ergo ⁊ conſulunt nonnulli ſcribentes: vt qui in deliberatione pẽdet: an re

[illegible] per deum [illegible] q a deo petunt, volunt, eligunt / querunt / ut [illegible] labores [illegible] possint [illegible] Deus [illegible] Sap: 8. Ergo [illegible] Et ad Philipp. 1. Confido hoc ipsum qui cepit in vobis opus bonum perficiet [illegible] in diem Jesu X[illegible]. Si ergo Deus dat nobis gratiam et voluntatem [illegible]

ligiosam vitam assumat cuncta animo digerat: τ id eli
gat quod portare τ ɔtinuare possit. Neqȝ volum⁹ que
tetigim⁹ dicta esse animo dissuadendi religionis ingres
sum:maxime qꝛ non ignoram⁹:neminem sine graui pec
cato religionis vitam alicui aut prohibere aut impedi
re posse:iuuenibus presertim. Nam adulescenti volenti
viam perfectionis dixit christus;vende omnia que ha
bes:τ da pauperibus:τ veni τ sequere me. Unde quidā
sapiens ait: Qui adulescentem a religione retrahunt si
miles sunt pharifeis:quibus ore saluatoris dictum est.
Ue vobis:quia nec vos intratis in regnuȝ celorum:nec
alios sinitis intrare. Uerūtamen cum religionis ingre
sus de cōsilio sit.τ de operibus supererogationis vnus
quisqȝ:vt dictuȝ est:ad se recurrat:viresqȝ suas discutiat
fragilitati sue:complexioni:nature:consuetudini consu
lat:τ si potest capere capiat.dicare em̄ τ religare se deo
optimum est. Sed cogitet qui religionem intrat:labori
osam vitam:iter arduum atqȝ difficile aggredi: nec ad
tempus:sed q̄diu vixerit religionis onera necesse est su
stineat. Illudqȝ semper in mentem veniat.quia sic manū
ponat ad laboriosum aratrum:ne respiciat retro: quia
aptus non erit regno celorum. Fatemur tamen.quia ea
que tetigimus inclinatiue non completiue ad hoc vel
illud disponunt. Potēs est deus abūdare τ facere gra
tiam nobis:qui de lapidibus istis potest suscitare filios
abrae de lapidibus inq̄.idest induratis τ inflexibilib⁹
animis hominum.nō solum natura vel cōplexione. sed
etiam deprauatione τ malitia potest suscitare filios
Abrae. idest reddere eos flexibiles τ obsequentissimos
ad obedientiam:τ cetera onera religionum:non tamen
improbamus quin vnusquisqȝ fragilitateȝ viresqȝ suas
discutiat. Et cum consilij sit religiōem ingredi.vt supra
dictum est.si potest capere.capiat.

Religionem ingr[...] volen[...] impedire sine grau[...] peccato nō potest

religionis onera an[...] ingressum cogitāda

¶ Caput.xxix. De comparatione religiosorum inter se ad inuicem τ primo de comparatione solitariorum ad socialem vitaȝ agentes.τ que vita perfectior sit altera.

Abita est igitur superius comparatio et differentia horum duorum statuum: clericalis videlicet et regularis inter se adinuicem cōparatorum et qualiter alter alteri aut equatur aut preponatur quo ad perfectionez statuum et quis sit eligibilior: prout perfectior aut prout humanior. Jam superest: vt status religiosorum inter se adinuicem distinguantur com penß quo ad perfectionis statum: et primo de religiosis solitarijs comparatis ad vitam socialem agentes. Quantum igitur ad religiosorum statum inter se consyderandum et cōparandum duplicem fore puto differentiam religiosorum: quorundaz qui solitariam et anachoriticam vitam ducunt: aliorum socialem. De solitarijs ergo primo dicendum est deinde de socialem vitam agentibus. De primis itaq3 a nō nullis sanctis doctoribus asseritur: illos omnes ceteros religiosos excellentia vite status perfectione anteire: sic de Antonio legimus: sic de Paulo primo eremita: necnon Benedicto et primis Macarionibus; et complurimis alijs: de quib' Augustinus in libro de operib' monachorum ait illos monachos sanctiores esse: qui a conspectu hominū segregati nulli ad se p̄bent accessuz. Alij vo distinguendum putāt: quia vel loquimur de perfectionis statu: vel de perfectionis opere: vtroq3 autem mō solitaria vita maiorem perfectionez acquirit q̄ socialis. Quorum ratio est: quoniam vita socialis status est volentiuz perfici per instructionem in intellectu et per correctionez in effectu: cum aliquando cōtigat a via perfectionis deuiare. Sed solitaria vita est perfectorum: et talium qui nullo istorum indigeant: solitarie enim viuentes et aliorum consortia aspernantes et ciuiliter et socialiter non conuersantes necessario vt philosophus ait in politicis. vel sunt vt bestie: vel sunt homine meliores. Unde nō solum scdm sanctorum sed scdm philosophorum sententias solitarie et virtuose viuere perfectoruz est: et magis tales debēt dici quidā dij q̄ hoies: vel tāq̄ supmi et pfectissimi hoies: non solum honorandi s3 poti' admirādi sunt Quāto ergo stat' pfectorū excedit statū pficiēdorū;

Duplices sunt mōachi.

tanto solitaria vita monachorum excedit vitā quorūcū. ꝙ religiosoruȝ socialiter viuentium Si vero loquamur de perfectionis ope hocidē putāt: O pus enim vite solitarie cōtemplatio est: socialis vero vite actio vel vtriusqꝫ opis in quibusdā cōmixtio Planū est aūt ꝙ cōtēplatio ꝑ eminet actiōi: et est opus magne ꝑfectiōis: nō solū ppter xpi verba de Martha et Maria cōiter recitata sȝ ppter christi exemplum imitandū. De quo scribit apud Lucā: ꝙ exijt in mōtē orare et erat ꝑnoctās in oratiōe: et hoc fit propter facilius diuinum auxilium impetrandum: non enim dixit exit ad turbas aut ad vrbes orare: sed in mōtem vaste solitudinis: vbi enim deest auxiliū humanum solitudinis locus aptus est ad impetrādum diuinū auxiliū: qꝛ cū ignoramus qd agere debeamus hoc solum habeamus refugij vt oculos nostros dirigam⁹ ad deū. Itē q̄rit solitudo ppter tumultū scli fugiēdū deserēs em̄ mundū et tumultū seculi: et separās se nō solū a volupta tib⁹ mundi. sed a iucūditate sociali: confortatur a xpo: vt glossa ait super illo verbo apocalipsis. xij. mulier fugit in solitudinem. Circa ꝑdicta tn̄ q̄ de sanctitate vite solitarie dicta sunt dicā ꝙ animū pulsat. Alia est em̄ ratio illius antiqui tpis: alia moderni Si em̄ viros solitarios ꝯsyderamus: illos videlicet q̄ in primitiua ecclesia floruerūt verissimū puto illos fuisse ꝑfectioris et sanctioris vite ceteris socialē vitā agētibus. Eo em̄ tpe nō artabant fideles tot canonū decretorū ꝑceptis censuris aut penis: Nec erant tunc: vt ita dixerim tot laquei legum seu cōstitutionum excōmunicationū siue censurarum: a quib⁹ vix fideles etiā diligentissimi et timorati respirare et precauere possunt Nō tot ieiunia indicta: non vigilie: non silentia: non diurna pariter et nocturna diuina officia dietim ac ex precepto dicenda: nō deniqꝫ tot festa colenda: non tā crebra confessio et corporis xpi communicatio: non tot obedientiaꝝ prestatiōes sicut modo fideles artantur aut potius inuoluuntur ita vt recte de prelatis ecclie dici possit illud xpi q̄ alligāt onera importabilia: ⁊c. Vñ si aliq̄ hmōi in illa ꝑmitiua ecclia vigebāt:

In primitiua ecclesia nō erāt tot humane cōstitutiones.

erant tñ volūtatis q̄ pro tūc transgredi peccatū nō erat: q: nondū ꝓhibita:nūc vero ea omnia que diximus ꝛ cō plura alia ab ecclesia addita:et quotidie scd̄m hominū ꝛ tp̄is maliciam expedit vt augeant: ꝛ sub precepto in iungunt. Quorū ignorantia aliquem non excusat:ꝛ om nes etiam solitarios ad obseruationem ligant. Cum igi tur ea omnia non solū facere sed et scire difficile sit: ꝛ fe re impossibile:non soluꝫ anachoritis et in eremo vitam agentibus qui hominū conuersatiões fugiunt:ꝛ omniū rerum necessariarū penuriam habent sed etiam his qui vrbes incolunt. Ideo putamus sine offensione veritatis probabiliter dici posse:modernis temporibus vitam e remiticā non posse reperire illius perfectionis et sancti monie sicut priscis illis temporibus:quinimo periculo sam admodū fore:ꝛ difficulter cūcta ecclesie statuta ob seruare posse. Nisi forte aliquis dicat ꝙ anachorite pre dicti iam adeo perfecti sunt: et tam fixum animū in dei amore habent:vt ab his ligamentis liberi sint:ꝛ predi cta precepta habeant in preparatione animi. Quib' nō facile assentio:quia cū de ecclesia sint preceptis ecclesie ligari manifestū est:nisi priuilegiati reperiantur:aut di uinitus aliter fuerit reuelatū.

Eremitica vita hac etate periculosa est.

¶ Caput.xxx.de comparatione religiosorū vitam socialem agentium inter se et que religio socialis alteri sociali sit perfectior ꝛ vtrum religio eo ꝙ artior sit per fectior.

Onsequens est vt religiosos vitam socialeꝫ agentes discernamus:et comparemus quā tum ad eorum perfectionem: inter quos vt sancti doctores tradunt longa admodū dif ferentia est. Nam vt inquit sanctus Tho mas secunda secunde.q.C.lxxxviij.dr̄ia religionis vni' ad aliam principaliter quidē attendit ex parte finis: si cut si vna religio ordinetur ad peregrinos hospitio reci piendos:et alia ad visitandos vel redimēdos captiuos. Scd̄ario autē ex parte exercitij q: diuersi modi exercitij diuersis religionibus puta quia in vna religiōe castiga tur corpus ꝑ abstinentias ciborū:in alia ꝑ exercitiū ope

rum manualium: vel per nuditatẽ: vel aliquid aliud huiusmodi. Et qꝛ nõ potest aliquid dici altero potius: nisi ſm illud in quo ab eo differt. Ideo excellentia vnius religionis super aliam principaliter quidẽ attenditur ſm religionis finem. Secũdario autẽ ſm exercitiũ diuersimode tamẽ ſm eum vtraqꝫ cõparatio attẽdit. Nam cõparatio que est ſm finem est absoluta: eo ꝙ finis ꝑpter se queritur: cõparatio aũt que est ſm exercitiũ: queritur non ꝑpter se: sed propter finem: ⁊ ideo illa religio alteri prefertur que ordinatur ad finem absolute potiorẽ: vel qꝛ est maius bonũ: vel qꝛ ad plura bona dirigit. Si ṽo sit idem finis sed secundario: tunc attendit preeminentia religionis: nõ ſm quantitatẽ exercitij: sed ſm proportionem eius ad finem intentũ. Unde ⁊ in collationibus patrum introducit sentẽtia beati Antonij: qui pretulit discretionẽ: per quã aliquis oĩa moderat ⁊ ieiunijs ⁊ vigilijs ⁊ oĩbus huiusmodi obseruatiõib⁹. Sic ergo dicẽdum ꝙ opus vite actiue est duplex: vnum quidẽ qδ ex plenitudine contẽplatiõis deriuat: sicut doctrina ⁊ predicatio. Unde ⁊ Gregorius dicit in quita homelia sup Ezechielẽ ꝙ perfectis viris' primo ad contẽplationem suam redeuntibus dicit. Memoriã suauitatis tue eructabunt. Et hec preferet simplici contẽplationi sicut est maius illuminare ꝙ̃ lucere solũ ita maius est cõtẽplata alijs tradere ꝙ̃ solum contẽplari. Aliud autẽ est actiue vite: quod totaliter consistit in occupatione exteriori: sicut eleemosynas dare: hospites recipere: ⁊ alia huiusmodi: que sunt minora operibus contẽplationis: nisi forte in casu necessitatis. Sicut ergo summũ gradũ in religionibus tenent: q̃ ordinant ad docendũ ⁊ predicandũ: qui etiã ꝓpinquissimi sunt ꝑfectioni epoꝝ: sicut ⁊ in alijs rebus fines primoꝝ coniungunt principijs secundoꝝ: vt dicit Dionysius. vij. c. dist. ix. Scdm autem gradũ tenet ille qui ordinatur ad contemplationẽ. Tertiũ autẽ qui occupant circa exteriores actiones. In singulis autem his gradibus potest attendi preeminẽtia: scdm qδ vna religio ordinatur ad altiorẽ actum in eodem genere: sicut inter opera actiue potius est redimere captiuos: ꝙ̃

suscipere hospites: ⁊ in omnibus operibus contemplatiue potior est oṙo ꝙ lectio. Pōt etiam attēdi ꝑeminentia: si vna eaꝝ ad plura boꝛum ordinatur ꝙ alia: vel cōuenientiora statuta habeat ad finem propositum consequendum. Moderni tamen doctores ad eundem intellectum aliter distinguunt Tres enim gradus faciunt illorum religiosorum vitam socialem agentiū: presertim qui in paupertate voluntaria propter christū assumptā regularē vitā elegerūt. Prim⁹ grad⁹ fuit quondā ⁊ hodie est quorūdā monachoꝝ. q̄ habētes possessiōes in cōi: de fructibus ⁊ ꝓuētib⁹ ipsaꝝ viuunt: de illis sibi ⁊ necessarijs vite ꝓuident. Secūdus mod⁹ fuit ⁊ adhuc quorumdā est religiosoꝝ. q̄ mundū spernētes de labore manuuꝫ suaꝝ victitāt: ac vestiū ⁊ alia necessaria sibi ex illo ministerio subministrāt: scd̄m quē modum aliqn̄ Paulus apostolus vixit: ne offendiculū daret euangelio. Tertius gradus est alioꝝ religiosoꝝ: q̄ hodie cōi vocabulo mendicantes appellantur: qui spiritualib⁹ principaliter vacantes ⁊ predicationi ⁊ doctrine insistentes: de his que sibi a fidelibus offerunt: in voluntaria paupertate deo famulant. He igitur religiones habent inter se differētias ⁊ proportiones: ⁊ alie alijs antiquiores sunt: ⁊ etiā strictiores. Sꝫ quantū est ad statū vberioris perfectiōis non dubito vltimam: idest mendicantium vitam maioris esse perfectionis ⁊ meriti: ac etiā securitatis ad salutem: ꝑter q̄tuor causas superius assignatas: cum de excellentia religiose ⁊ monastice vite in gn̄e actuꝫ ē. Primo vꝫ q2 tp̄aliū reꝝ minorē habet sollicitudineꝫ. Secundo quia ad spiritualem contēplationē maiorē habet dispositionem annexā. Tertio quia respectu maiorum bonorum: que fidelibus subministrāt: ⁊ paruā in hoc seculo recōpensationē recipiunt. Quarto: quia magis xp̄i vitā imitantur ⁊ apostolorum. Scribitur eñ in Luca: ꝙ mulieres multe sequebantur xp̄m ministrantes sibi de facultatibus suis. quā aliqui putant vitā mendicantium. Fortasse aliquis obijciet. ꝙ nonnulle religiones artioris vite sunt ꝙ mendicantes: ideo videntur eminentioris atq3 perfectioris esse status. Nam dicendum est: vt

religiosorum tres gradus

ordo mendicantiuꝫ securior ob quatuor causas.

sancti tradunt doctores: ꝙ ista duo simul stare possunt aliquam religionem esse artiorem: et tamen minoris perfectionis. Quod triplici via ostenditur. Primo: per christi exemplum: Secundo per discipulorum documentum. Tertio: per ecclesie militantis commune experimentum. Primo enim patet per exemplum Christi. Nam: nulli fidelium debet esse dubium: ꝙ nulla regula vel religio artior esse potest ꝙ religio Joannis baptiste: de quo dicitur Matthei. iij. ꝙ vestimentum eius erat de pillis camelorum: esca autem eius locuste: et mel sylvestre. Super quo verbo dicit Hieronymus: ꝙ mirum erat in humano corpore tantam asperitatem vite conspicere. Demum nulli dubium est ꝙ nulla alia religio: aut viuēdi modus perfectior fuerit vita et religione christi. vnde Matthei. xj. dicitur: Venit Joānes baptista: non manducans nec bibens et tamen dixistis: quia demonem habet venit filius hominis mādacās et bibens et dixistis Ecce homo vorax et potator vini. et iustificata est sapientia a filijs suis. Super quo verbo dicit Augustinus: ꝙ sancti apostoli intellexerunt regnum dei non esse in esca et potu: sed in equanimitate et voluntate tolerādi: quos neque copia subleuat: neque deprimit egestas. Et sic patet: ꝙ religio christi licet fuerit minus arta: tamen longe maioris perfectionis. Secundo hoc patet per doctrinā apostolorum: tanta enim fuit apostolice vite perfectio: et ecclesie primitiue: vt cunctis possessionibus abdicatis omnia haberent in communi: et pretia possessionum ponebantur ad pedes apostolorum: a qua perfectionis via aliquatenus posteriores defecerunt: quia possessiones i communi: licite tamen: reseruabant vt alibi latius diximus: presertim in eo libro quam de christi paupertate edidimus: tetegimus: etiam in libro defensorij status ecclesiastici. Nam expresse dicit Augustinus in de doctrina christiana: nullas ecclesias gentium fecisse quod tempore apostolorum factum est: et tamē monasteria ex gentibus conuersis congregata: et possessiones in communi seruantes artioris vite fuerunt: ꝙ religio siue

Religio artior minoris perfectionis esse potest tripliciter

Religio ioānis baptiste ē artior omnibus ceteris.

Religo christi maioris fuit perfectionis.

Remittit ad librum suum de xpi paupertate.

status apostolorũ. Dicit enim Hieronymus in epistola ad Eustochiũ. De cibo vero & potu taceo: cum etiã languentes monachi aqua frigida vtant: & coctum aliqd comedisse luxuria est. Fuerunt ergo monachi in primitiua ecclesia artioris vite q̃ apostoli: sed tamen minoris perfectionis. Quod patet qr ex eo q monachi predicti possessiones in cõmuni seruabant. Augustinus videtur innuere eos quodãmodo a perfectione apostolorũ defecisse. Tertio hoc etiã conspicitur: per militantis nostre ecclesie experimentũ. Tenet enĩ cõmuniter ecclesia religionem siue statum episcopoꝝ perfectiorẽ esse omni alia religione: tam monachorũ q̃ aliorũ. & tamen experimẽtum docet: q quelibet religio artioris vite est: q̃ religio seu status episcoporũ. Non ergo se comitant ista q religio quanto artior tãto perfectior. Potest enim esse maior perfectio: cum minori artitudine: et maior artitudo cum minori artitudine: & maior artitudo cũ minori perfectione. Et licet ecclesia concedat transire ad artiorem illis qui sunt in laxiori: non propterea id cõcedit: quasi credat religionẽ tanto esse perfectiorẽ quanto artiorem simpliciter: sed credit artiorem instrumentaliter esse perfectiorẽ respectu illorum: qui per talem artitudinem dicunt cõmodius posse peruenire ad statum perfectionis. Et hec quantũ ad perfectiorẽ statum intelligenda sunt. Quid autẽ tenendũ sit quantum ad transitũ: canoniste tractant in. c. Sane. de regula. Dicũt enim: exẽpli gratia: q attenta institutione regule sancti Augustini: & etiam sancti Benedicti: artioris regule est ordo sancti Benedicti: & latior sancti Augustini: videlicet quantum ad transitũ de vna religione ad aliam. Itaq nisi constitutiones regulares obstarent: vel obseruãtia actualis fratrũ predicatorũ: & aliorum qui regulã beati Augustini profitenf: certum est eos posse transire ad ordinem sancti Bñdicti. Uerũtamen in ista materia quãtum ad transitũ ad aliam religionẽ dicunt doctores: q capitur latior vel artior habendo respectũ ad actualem obseruantiã regule: etiam ad constitutiones factas vltra regulam. Unde quantũ ad dictum transitũ non est

Transire de vno ordine ad alium an liceat.

solum ponderanda regula sancti Benedicti ⁊ Augusti
ni:sed sunt ponderande constitutiones ipsorũ ordinũ et
actuales obseruantie. Et ideo cum fratres predicatorũ
et sancti Augustini ⁊ aliorum qui tenent regulã beati
Augustini ẜm cõmunem modũ viuendi ⁊ seruandi regu
lam reducti sunt ad instar mendicantiũ:ponderata veri
tate videntur esse artioris ordinis q̃ ordo sancti Bene
dicti:⁊ non posset transire frater predicatorũ ad ordinẽ
sancti Benedicti sine pape licentia. Tamen quantũ ad
perfectionẽ stat⁹ vtriusq̃ regule simpliciter assumte ẜm
opinionem multorũ:regula beati Benedicti perfectio
ris status q̃ sancti Augustini est. Et hec de cõparatio
ne inter se cunctarum religionũ vitam socialem haben
tium:breuiter dicta sufficiant.

Accipe beatissime pater hoc humane vite spe
culum tuo nomini sed multorũ vtilitati di
catum vt per te qui speculũ ⁊ totius morta
lis vite norma dat⁹ es:cuncti fideles in quo
uis statu:arte:gradu ac dignitate constitu
ti:speculentur atq̃ in eo videant quid cuiq̃ conueniat: q̇d
incũbat:in quoue deuiant a tramite vie iuste. Nam vel
uti naturale speculũ cuiuslibet forme sibi opposite ima
ginariam profert similitudinẽ.sic hoc speculũ oim̃ mor
talium varias viuendi formas recipiet:⁊ quid boni: q̇d
sinistri habeat:distinguet ⁊ intuebitur. Ibi em̃ vitã suã
speculabit̃ om̃is homo. Nam videbit peccator ⁊ irasce
tur speculans preuaricationes suas in eo rursus. Uide
bunt recti ⁊ letabunt̃ q̃ cern ãt in quo crescant. Deniq̃
in eo. Uidebũt iusti ⁊ timebũt q̃ putãtes se stare:videãt
ne cadant. Et tandẽ videbũt mortales:q̃ omnis caro fe
num:⁊ omnis huius seculi decor vt stercus. Dabo ergo
finem qui pro rerum magnitudine vix incepi. Scio pau
cula forte ⁊ multa de huius mortalis vite diuersis arti
bus ⁊ viuendi modis disserui:que quidẽ longiora aut
breuiora dici posse non ignoro. Uerum nec breuitati
admodũ studui nec copie ne legentes aut tedio aut ni
mia breuitate afficerem. Imitatus sapientẽ ecclesiasten



qui ex multis cōposuit parabolas sacras que sunt verba vtilia: scribens sermones rectissimos: ac veritate plenos: non sibi sed futuris prospiciens: ad laudem omnipotentis dei qui tandem tuam beatitudinē feliciter protegat & conseruet: & tandem post diuinū huius vite cursum vna cum grege tibi credito perducat ad vitam eternam. Amen.

¶ Finit speculum vite humane: omnium statuū cōmoda & pericula exactissime describēs: in quo si quisq̃ defectus proprios cum reprehensione lectitauerit non se: sed vitium sciat morderi: neq̃ prestantissimo Roderico eius autori succenseat: sed potius immortales gratias agat: cum vtiq̃ voluerit animarū saluti consultū iri.

¶ Johannes Botzhemus abstemius. D. D. Jacobus Vuympbelingius. S. pa. L. Simphorianus pollio sacerdos recognouerunt. Simon autē beuelaqua calcographus in famatissima Lugdunensium vrbe imprimebat. Anno salutis nostre Millesimoquingentesimodecimosexto. sexto nonas Maij.

¶ Deo sit laus & gloria.

[illegible] Deo
contemplan. volunt sacras scripturas in volvendo et studendo
contemplando. Deinde exerceant bonis (tamquam [illegible]
contemplationis) varando, utpote divinis officiis, volvendo
et decantando, adorando, ferventi charitate, [illegible]
Illa ut sic varando et [illegible]
[illegible] Dei [illegible]
Jesum Christum dominum nostrum. Ac gloria mediante [illegible]
[illegible] passionibus
Deinde ne [illegible] post studium
et [illegible] aliqua instructione. volunt
peregrina [illegible], agricultura, hospitalitate, [illegible]
volvendo sacras scripturas. Illa ut sic [illegible]
labor [illegible] et occupatio [illegible]
[illegible] mediante [illegible] Dei.

De votis 3.

De obedientia

patientia et abstinentia, in solitudine, labore. [illegible]
peregrinationi, subiectione inferiori. [illegible]
Regula [illegible] ut [illegible], purgatio domus [illegible]
Administratio [illegible] et sacramenta [illegible]
Collectio [illegible] visitatio hospitalis
Sed [illegible] labor [illegible] in labore [illegible]
Hic valet [illegible] operatio

De paupertate

Non solum [illegible] crastino, Renunciare [illegible] bonis
[illegible] famis. sitis, calor, frigus, [illegible]
Contentus [illegible] quid [illegible]
Hic valet [illegible] vita [illegible]

De castitate. Capitulo 8.

Non [illegible], Sed datum [illegible]
[illegible] a Deo [illegible], qui volunt, eligunt, ut qui ut [illegible]
[illegible] nec [illegible] angelis [illegible], Sed [illegible]
[illegible] vobis. Et ad [illegible]: i. Confido [illegible]
[illegible] vobis [illegible] bonum [illegible]
Sed [illegible] voluntatis [illegible]
[illegible] civitatem [illegible]

Eximent ad actu. Ad hec gssqueut ad minimum ad
expellend[illegible] fenestrationem. Et nota [illegible] [illegible], [illegible]
[illegible] nos potest assequi illam. [illegible] [illegible] ad maiorem
[illegible] (ut adorner, labor, [illegible] [illegible] / frustratio.
Odeo renuendum et sentimus, si [illegible] [illegible] in [illegible]
Sed sentimus est ut misera [illegible] [illegible] [illegible]
quod animus, et miserabilis status, ob [illegible] Dei [illegible]
[illegible] quando [illegible] [illegible], ut magis ad [illegible]
et natura [illegible] [illegible] [illegible], quod ad [illegible] [illegible]
Dei [illegible] est. [illegible]. Ac hic status per [illegible]
[illegible] et [illegible] Ad quod [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible]. [illegible] [illegible] in dolibus
et dolimag [illegible] non [illegible] / [illegible] [illegible].

[illegible] est, [illegible] [illegible]
et [illegible], et [illegible],
[illegible] pots.

ΥΕΩΣ παις ωτιλα κοκλκας
ιμον εν ΤΗΣ ΥΡΑΥΙΣ ΑΥΗΑΣ
ΧΗΤω ονομασι ημον

[illegible] ut a vita aetina [illegible]
[illegible] et sentimus [illegible]
detrahet.

Τελως

Ay semitud, oblivioendi, labor, [illegible], [illegible] status
et [illegible] per — Quilibet in hic [illegible]
militare. Sed [illegible] est ut labor [illegible] [illegible] et
impedimentum [illegible] [illegible] oblivione Dei. etiam si a vita
[illegible] magis [illegible] [illegible] de [illegible] [illegible].
In [illegible] [illegible], [illegible] est [illegible] in [illegible] [illegible] ad [illegible] et [illegible]
militans est, nec [illegible] [illegible] [illegible] si [illegible] [illegible]
[illegible] semper Deum ante oculos [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible],
In aetina vero vita [illegible], [illegible] [illegible] et [illegible]
[illegible] si [illegible] plus [illegible] [illegible], Et [illegible] vita [illegible], [illegible]
in [illegible] [illegible] [illegible], et [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] — Sed [illegible] [illegible] Dei
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible], [illegible] [illegible]. Et [illegible] [illegible] [illegible] Dei